## Secundum axioma.

¶ Ecclesiasticæ consuetudines ritus & ceremoniæ, æquæ sunt obseruandæ, atq[ue] leges diuinæ.

¶ Manifestatur primo à simili. Consuetudo in ciuilibus habet vim legis, cur non in usibus ecclesiæ? quia consuetudo ecclesiæ valet contra contentiosos.

¶ Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neq[ue] ecclesia dei. Super quo ait Hieronymus.

Apostolus cū præcipisset mus hierem orare velato capite, præterit obiectionem, qua quispiam ei dixisset ubi scriptum est: per hoc q[uod]d' allegat consuetudinem:

¶ Venient in nouissimis tem[is].

ff. de lez  
g. l. diur  
na. & l.  
imo.

1. cor. 11

2. Pet. 3

# ¶ DE HUMANIS

poribus in deceptione illusores,  
iuxta proprias concupiscentias  
ambulantes: hoc faciunt haereti-  
ci, qui non secundum statuta pa-  
trum viuunt, sed secundum pro-  
pria desideria.

¶ Haeretici sunt Chamite deri-  
dentes nuditatem matris eccles-  
iae, quia sine expresso textu scri-  
pturæ præcipiat.

Philip. 4

¶ Fratres quæcunq; sunt vera,  
quæcunq; pudica, quæcunque  
amabilia, quæcunq; bonæ famæ,  
si qua virtus, si qua laus difi-  
plinæ, haec cogitate, quæ & didi-  
cistis, & accepistis & audistis &  
vidistis in me, huiusmodi autem  
sunt cōstitutiones ecclesiæ, qua-  
re sunt seruandæ.

Act. 15

¶ Perambulabat (sanctus Paulus cum Sila) Siriam & ciliciam:  
confirmans ecclesias, præcipiē-  
custodire præcepta apostoloro-  
rum & seniorum.

Act. 16.

¶ Cū pertrāsirerit Paulus Silas,

# SCONSTITUTIONIB<sup>S</sup>. [85.]

& Thimothæus ciuitates, tradebat eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab apostolis & sesnioribus, qui erant Hierosolymis. Pondera decreta, quod nō erat solum decretum de cessatione legalium.

¶ Christus non solum dedit potestatem plantādi ecclesiam per prædicationem, sed etiam regēdi, modo illa includit potestatē faciendi statuta pro salutari regimine, sine quibus hic non visitatur. &c. Attendite igitur vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit epis-  
copos, regere ecclesiam dei.

¶ Denunciamus vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi: ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate: & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.

¶ Policar. ad Philippē. Subiecti

# ¶ DE HUMANIS CON-

estote presbyteris & diaconis, si  
eum deo & Christo. Hierony. ad  
Lucinium. Traditiones ecclesia-  
sticæ obseruandæ sunt, ut à ma-  
ioribus traditæ sunt, vnaquæcū  
prouincia sensu suo abundet, &  
præcepta maiorum, leges apo-  
stolicas arbitretur.

¶ Extant multi canones in des-  
eretis super illa re ex verbis Au-  
c. ecclesiasticarum c. in his c. cas-  
tholica. cum similibus dist. xi.

Augus.

¶ Obedite præpositis vestris  
& subiacete eis, ipsi enim reddi-  
suri sunt rationem pro animas  
bus vestris.

1.cor. 14

¶ Omnia secundum ordinem  
fiant in vobis, ordo autem res  
quirit legem.

¶ Objiciunt hæretici.

Marci. 7

1. Frustra me colunt docen-  
tes doctrinas & præcepta homi-  
num.

Dc. 4.12

2. Non addetis ad verbum

## ¶STITUTIONIBVS. ¶84.

quod loquor vobis, nec auferes Apo. VI  
tis ex eo.

3. Empti estis precio, nolite fieri servi hominum.

4. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Gala. 5

5. Iusto non est lex posita. 1. tim. 4.

6. Lex iram operatur.

7. Vbi spiritus domini ibi libertas. Rom. 4.  
2. Cor. 3

8. Qua libertate Christus nos liberauit. Galat. 4.

## ¶Respondent Catholici.

¶ Christum non improbasse De priori traditioes hominum simpliciter, sed quas faciebant contrarias legi diuinæ, aut relinquebant legem diuinam, quia vbi supra sequitur. Relinquentes enim manu Marc. 7. data dei, tenetis traditiones hominum, & dicebat illis. Bene iversum fecistis preceptum dei, ut traditionem vestram seruetis. Sic cut ibi declarat, & apud Matth. Matt. 15

# DE HUMANIS CON-

**Ad Tit.** *Explicat Paulus, Non intendētes mandatis hominum auera-  
santium veritatem.*

**Hinc**, vae æternæ damnatio-  
nis comminatur dominus con-  
sentibus huiusmodi tradicio-  
**Esaio** nes impias. Vae inquit, per  
prophetam, qui condunt leges  
iniquas, & scribentes iniustiti-  
as scripserunt, vt opprimerent  
in iudicio pauperes, & vim fa-  
ccent causæ humilium populi  
mei, vt essent viduæ præda  
eorum & pupillos deciperent  
&c. Constitutiones vero eccles-  
iæ, augent cultum diuinum, cō-  
cupiscentiam carnis coercēt, &  
ad scrupula diuina præcepta ex-  
peditionem faciunt, ac fraternā  
charitatem augent.

**De secū.** *Nihil addēdum est scripturę  
quod corrumpat aut deprauet  
ipsam, aut quod dicatur esse de  
integritate sacræ scripturæ, ses-*

## CONSTITUTIONIBVS. ¶

cus quando promoueret ea quæ  
in sacris literis sunt mandata  
vel consulta, nam constitutio  
nes ecclesiæ, & si non sunt in  
scriptura in propria forma, tamen  
emanant ex ea: ut testatur  
sapiens.

¶ Omnis sermo dei ignitus cl<sup>s</sup> p<sup>r</sup>ou. 30  
peus est sperantibus in se. Ne  
addas quicquam verbis illius,  
& arguaris, inueniarisque men  
dax: non prohibetur ergo sim  
pliciter omnis additio, sed solū  
additio falsa & mendax.

¶ Si quis (inquit) apposuerit ad Apovl.  
hac, apponet deus super illum  
plagas scriptas in libro isto. His  
vero qui addunt vel apponunt  
exponendo, declarando aut in  
terpretando scripturas, leges aut  
constitutiones ad diuinum ho  
norem, ecclesiæ decorem, &  
animatorum salutem condendo  
(propter quod etiam Christus  
alios voluit esse doctores)

# ¶ DE HUMANIS CONF.

in ecclesia, alios apostolos, alios euangelistas, alios pastores. Et

**Ephe. 4.** aliij dantur genera linguarum,

**i.cor. 12** aliij (interpretatio sermonum) promittitur æternæ vitæ præsumum, qui operantur ( ait ipsa æterna sapientia ) in me, nō pec-

**Eccle. 24** cabunt, & qui elucidant me vi-

tam æternam habebuut. Et alis

**Dani. 12** bi. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iusticiam erudiunt multis, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

**Acutius** soluitur qd' ibi pro-

hibentur Tikun Zofrim, & illæ

solutionem credo veram, vide

in Porchetō & Galatino.

**De tertii.** ¶ Non debent fieri serui hominum, faciendo schismata, ut unus sit Cephæ, alter Apollo,

**De quarto.** ¶ Qui aguntur perfecte spiritu, non sunt sub lege Moysaica, aut

coerciua, egēt tñ lege directiua: sicut Adā habuit legē i paradofo.

**Iusto**

# INSTITUTIONIB.

**I**usti perfecta charitate, qui De quin  
totus regitur spiritu diuino, nō to.  
est lex posita, pro ea parte Galat. 5.  
qua est iustus, sed quia caro con-  
cupiscit aduersus spiritum, pro  
ea parte habet legem reformans  
tem. Vel dic ut de quarto.

**L**ex Mosaica iram operatur, De sexs  
tu non adiuuamur à gratia, gra- to.  
tia autem & veritas per Iesum  
Christum.

**L**ibertas Euangēlica sicut De septi  
non excludit potestatem & o- mo.  
bedientiam superioris, ita nec es Rom. 13  
ius statuta, sed libertas illa oppo-  
nitur seruituti legis Moysaicæ,  
& seruituti peccati: Ideo est so-  
lum libertas in spiritu, quia non  
seruit peccatis, & quia ipsa liber-  
tas promouet bonum, non ex-  
cludit constitutiones & ecclesiæ  
præcepta, quæ similiter pro-  
mouent bonum, ut testatur Pau-  
lus. Vos in libertatem vocati

Galat. 5.

Q

# DE HUMANIS CON-

estis fratres, tantum ne libertatem occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus servi te inuicem. Et Petrus, Quasi liberi, & non quasi velamen habentes maliciæ libertatem, sed sicut seru i dei. Item. Qui, scilicet hæretici, in errore conuersantur libertatem illis promittentes, cū ipsi serui sint corruptionis. Hoc beati Petri verbum impletum videmus in priapistis Lutheranus, omnis spurcitiae & immundiciae seruis, hanc impiam & diabolicalam seruitutem, libertatem euangelicam mentientes.

Porro in sacris līris saepe commendatur libertas ab onerosa illa lege Moysaica. Paulus.

Ro. 6.7 Non estis sub lege, sed sub gratia, infra. Lex in homine dominatur quanto tempore vis uit, itaque fratres mortificatis legi per corpus Christi. Non iustificatur homo ex opes

# INSTITUTIONIB.<sup>187.</sup>

ribus legis, lex paedagogus nos  
seruit in Christo Iesu. Et quis  
cunque ex operibus legis sunt,  
sub maledicto sunt. State & nos  
lise iterum iugo seruitutis cons  
tineri. Si circumdimini, Christus  
nihil vobis proderit.

Adeo ablæsæ sunt neomeniæ,  
sabbata baptismata. &c. Quo<sup>g</sup> Gala. 4.  
modo, conuertimini iterum ad  
infirma & genera elementa: qui  
bus denuo seruire vultis, dies  
obseruatis & mensis & tempora  
& annos. Ipse enim est pax Ephe. 2  
nostra, qui fecit utraque unum  
& medium pariter maceriatæ,  
solucens inimicitias in carne sua,  
legem mandatorum decretis Collof. 2  
euacuans. Nemo vos iudicet in  
parte diei festi aut neomeniæ,  
aut sabbatorum, quæ sunt vmbra  
futurorum, idem in Episto.  
ad Heb. & Actu. 15.

Q. 2

## ¶ DE FESTIS ET IE

¶ Est igitur Christiana seu Eu  
angelica libertas non aliud.

Rom. 6. (vt Paulo Placet) redemptio  
7. & 8. seu absolutio à seruitute legis

Galat. 5. & peccati per Iesum Christum  
facta, qua addicti deo & iustitię

filiorum adoptionem recipimus.  
De hac libertate saluator  
dixit Iudeis: Si filius vos libe  
rauerit, vere liberi eritis. Vide  
ibidem Augustinum.

Ioan. 8.

## ¶ DE FESTIS ET IE

funis. Non esu carnis

um & gradib. cō.

sanguinitatis.

XHII.

¶ Vnum diem in septimana  
deo consecratum, est  
omnibus obut  
um.

SE TIEI VN IFS. 155.

**I**n die Moysi adhuc institutus  
sit deus alia festa. Tribus vici Exo. 23.  
tribus per singulos annos mihi  
festa celebrabitis, Azymorum Pri-  
mitiuorum & frugum. Et infra. **Ibidem.**  
Ter in anno apparebit omne  
masculinum tuum coram dos-  
mino deo tuo, scilicet Pasche,  
Pentecoste, & Scenapegiorum.  
**H**abes hoc tempore iudeorum  
peregrinationem & ex ea & in ea  
fundata peregrinatione Christia.  
**M**ense septimo prima dies  
mensis erit vobis sabbatum me-  
moriale clangentibus tubis, &  
vocabitur sanctum, infra. Deci-  
mo die mensis huius septimi dis-  
es expiationum erit celeberris-  
mus, & vocabitur sanctus, in-  
fra. A quinto decimo die mens-  
sis huius septimi, erunt feriae tan-  
beraculorum septem diebus: & quod  
in unoquoque die offerendum.  
**I**n Cale. aut. i. mesium exordijs, **Nu. 28**  
offeretis holocaustum domino.

Q 3

## DE FESTIS.

- Exo. 40 Dedicauit Moysés tabernaculum domini in die sabbati.  
Num. 7 Dedicatio templi primi sub Salömone.  
5. Reg. 8 Dedicatio templi secundi sub Esdre.  
1. Esd. 6 Dedicatio templi restituti, & altaris, sicut legitur.  
1. Mac. 4 fuit secerunt dedicationem aletatis diebus octo.  
¶ fixpende Encænia à Machabeo instituta, tantum à Christo obseruata. Colligamus festos dies Iudæorum præter sabbata, septem dies azymorum Paschæ, vinum Pentecostes, vium culus bárum, vium expiacionis (qui erat in capite anni) septem tabernaculorum seu Scenopégia, septem Encæniorum seu luminū aut dedicationis, Neonacrias seu lunationes habebat dies. 12. in Embolismali. 13. collecti dies faciunt triginta quinque, ubi tandem tria sabbata intercurrunt.

# ÆTAE VNISS[is].

Cum autem maiora receperimus beneficia à deo per Evangelium, quam Iudæi sub lege cur non plures etiam dicas agendi gratias haberemus: vel hos maxime qui fuerunt in veteri legge.

Vnde festo paschæ legalis, succedit in noua lege festum passionis & resurrectionis Christi. *i. cor. 5.*  
Etenim pascha nostrum immolatus ē Christus. Festo Pentecostes in quo data fuit lex vetus, succedit festum pentecostes in quo data fuit lex spiritus vitæ. Festo neomeniæ festum gloriosæ virginis Mariæ, in qua primo apparuit illuminatio solis, id est Christi p copiā gratiæ. Festo tubarum succedunt festa apostolorum, quorum prædicationis sonus exiuit in omnem orbem terrarum. Festo expiatis onis succedunt festa martyrum & confessorum.

*Actu. 2*

## A DE FESTIS

Festo tabernaculorum succedit  
festum consecrationis ecclesiæ,  
Festo cœtus atq; collecte succedit  
festum angelorum, vel etiam fe-  
stum omnium sanctorum:

Gene. 2

Exo. 20

Num. 15

Sabbatum est multipliciter  
a deo præceptum, nec in Euans-  
geliō, nec in paulo definitum est  
cessasse sabbatum, attamen ecclæ-  
sia instituit diem dominicum,  
per traditiones apostolorum sis-  
ne scriptura. Dominicę dicimus  
minit Ioanes dicens. Fui in spiri-  
tu in dominica die. Meminit &  
eiusdem diei suus discipulus Igs-  
natius ac Philippus in fine. Hie-  
rony. de dominica paschæ, vni-  
uersa sabbati gratia, & antiqua  
illa festiuitas Iudæorum diei isti-  
us, solennitate mutata est.

Mutatum est autem sabbatū  
quod significat primam creatio-  
nem in diem dominicū, in quo  
commemoratur noua creatura  
inchoata resurrectione Christi,  
vnde

**¶ ET IEIVNIIS. ¶ 90.**

vnde Augustinus ad inquisitio-  
nes Ianuarij. Dies dominicus  
non Iudæis sed Christianis, re-  
surrectione domini declaratus  
est, & ex illa cœpit habere festiui-  
tatem suam.

**¶** Augustinus contra Faustum  
libro. 19. Cum quæris sabbati  
ocium cur non obseruat Chris-  
tianus? Respondeo, Imo id pro-  
pterea non obseruat Christia-  
nus, quia quod figura profiteba-  
tur, iam Christus impleuit, plus  
rade his Tertullianus, Cypri-  
nus, Ambrofius, Gregorius ad  
Romanos.

**¶** Festum san. Laurentij celebra-  
bant Hippone Aug. tract. 27.  
super Ioannem: & Romæ sub  
Leo. papa ut in hom. illius diei.  
**¶** De ciborum delectu, secunda  
propositio.

**¶** Ecclesia licite prohibet cer-  
tos cibos, certo tempore.

**¶** Abstineatis vos ab immolas Act. 15.  
R.

## ¶ DE FESTIS

tis simulachrorum & sanguine.  
& suffocato.

Rom. 14

¶ Quæ pacis sunt sectemur, &  
quæ ædificationis sunt in uicem  
custodiamus, noli propter escā  
destruere opus dei, omnia quia  
dem munda sunt, sed malum est  
homini, qui per offendiculum  
manducat. Bonum est non mā  
ducare carnem, & non bibere  
vinum, neq; in quo frater tuus  
offenditur, aut infirmatur, aut  
scandalizatur.

1. Cor. 5

¶ Si esca scandalizat fratrem  
meum, non manducabo carnē  
in æternum, ne fratrem meum  
scandalizem.

Dan. 10

¶ Caro & vinum non introies-  
tunt in os meum.

De cōſe.

¶ Leo papa quartus dicit. Ve  
di. 5. ca. tuftissimam esse consuetudis  
de esu carnium abstinendi à carnibus  
quarta & sexta serījs. Et ex  
Philipp. Hieronymo colligitur super  
epistolam, ad Gala. & Ignatius

# ET IEIVNIS. 91.

testatur sancti Ioannis euangelistæ discipulus.

¶ De iejuniorum ratione, tertia propositio.

¶ De iejunio idem liquet rem esse sanctam propter corporis macerationem, spiritus pertinacis expulsionem, diuinæ gratiæ implorationem, & Christi ieunctionis imitationem.

¶ Genua mea infirmata sunt à iejunio, & caro mea immutata est propter oleum.

¶ Nunquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieunabunt. Illud operæ impleuerūt apostoli. Mini strantibus illis domino & ieunctionibus, dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi &c.

¶ Cum constituisserent illi super singulas ecclesias presbyteros, et orassent cum ieunctionibus,

R 2

## ¶ DE FESTIS

1. Cor. 6 commendauerunt eos domino.

In om̄ibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa paſtientia, in laboribus, in vigilijs, in ieunijs.

Ionæ 3.

Matt. 6 Niniuite indixerūt ieunium.

Tu cum ieunias vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui est in abscondito, reddet tibi. Ecce ieunium meritorium.

## ¶ Idem de quadragesima.

Cum ieunasset Iesus quas draginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt.

Moyses ieunauit. 40. diebus & 40. noctibus.

Deut. 9 Similiter Helias totidem diebus ieunauit.

Iohel. 2. Sanctificate ieunium. Huius miliabam in ieunio animam meam.

## NET IEIVNIIS 92.

¶ Si voverit mulier ut per ieiu Nu. 30  
nium affligat animam suam, in  
arbitrio viri crit si faciat siue no  
faciat. Si audiens vir tacuerit, &  
in alterum diem distulerit senten  
tiam, quicquid voverat atque  
promiserat reddat.

¶ Sacra scriptura vbiique testa Reg. 21  
tur iciunium deo fore acceptū, Tob. 12,  
in Achab, Tobia, Iudith, Hes Luc. 2  
ster, Daniele, Niniuitis Anna  
vidua.

¶ Ignatius ad Philipp. Quadra  
gesimam vero nolite pro nihilo  
habere, imitationem enim cons  
tinet conuersationis dei.

¶ Confirmauit Thelesphorus  
papa vicinus temporibus apos  
tolorum. Item Ambrosius, in  
multis sermonibus. Concilia  
item Agathense & Aurclias  
ne. Origenes homilia decima,  
super Leui. Habemus dies qua  
dragesimę ieunijs consecratos.  
Hierony. aduersus Montanum.

R 3

## ¶ DE FESTIS

Nos quadragesimam secundū traditionem apostolorum, ieiunamus.

Hieron. ¶ Iouinianus, qui ieiuniorū afflitionē & oēm corporis cruciatū in luxuriā & epulas conuertit.

Hirene. ¶ Valentiniāni hæretici omni tempore carnes libere comedendas dixerūt, Hirene. li. 1. ca. 1

hom. 56 ¶ Chrysosto. meminit de ieiunis monachorum, & quo modo dicant gratias.

homi. 10 ¶ Origenes, Habemus quadragesimæ dies ieiunijs consecratos, habemus quartum & sextū septimanæ dies, quibus solenniter celebramus. Est certe libertas Christiana per omne tempus ieiunandi, non obseruatione superstitionis, sed virtute.

Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi auctioribus continentie fulta subsidijs? Quomodo sapientie & scientie student? Nonne per continē-

**SE T I E I V N I S.** **¶** 95.

tiam ventris & gutturis? Quo<sup>s</sup> modo quis seipsum castrat pro<sup>s</sup> pter regnum cœlorum, nisi cibo rum affluentiam refeceret? nisi ab stincentia vtaris ministra? Hæc ergo christianis iciunandi ratio est. Hæc ille.

Mat. 19

**¶** Maximus episcopus. Sacra<sup>s</sup> rum literarum exempla protus limus, quibus approbamus hūc quadragenarium numerum, nō esse ab hominibus constitutum sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione initiatum, sed cœlesti maiestate præceptū. Et paulo post. Hæc autem non tam sacerdotum præcepta quā dei sunt. Atq; ideo, qui ea spernit, non sacerdotem spernit, sed Christum qui in suo loquitur sacerdote.

1 thess. 4

**¶** Ambrosius serm. de ieunio. Ut sciamus inquit non esse nō uellum ieunium, primam illuc (scilicet in paradiſo) legem con-

R 4

## ¶ DE FESTIS

dis.35.ca stituit( s.primis parentibus) de  
Sext.die ieiunio,&c. Greg.Augustinus,

& omnes quotquot fuere do-  
ctores catholici ita senserunt &  
docuerūt de iciunijs obseruādis  
¶ Quarta propositio de gradis  
bus consanguinitatis.

¶ Gradus consanguinitatis im-  
pediunt matrimonium. Ioans  
Marci.6 nes baptista increpauit Herodē  
dicens. Non licet tibi habere u-  
xorem fratris tui.

¶ Paulus tradidit satanę Corin-  
thium fornicantem cum sua no-  
uerca.

¶ In veteri lege gradus consan-  
guinitatis & affinitatis sunt a  
Leuit.18 deo prohibiti. Omnis homo ad  
proximam sanguinis non acces-  
det, vt reuelet turpitudinem su-  
am. Grego.episcopus Gallię, p-  
geniē suā vnūquenq; vscq; ad se  
proximam obseruare decernimus  
generationem, & quamdiu se  
agnoscūt affinitate ppinquos;

## ¶ ET IEIVNII S. 94.

ad coniugalem accedere copulam negamus, quod si fecerint Decōfā. separentur. Concilium tamen & affi.c. generale reduxit ad quartum Non degradum. bet.

Ambrosius lib. s. epistolarū Epist. 66 docet, non omnes gradus illiciti tos à lege fuisse expressos. Ante 35.q.3. c. tempora beati Gregorij dispensationem quædam fabant etiam in secundo gradu, lex. scribit enim Augustino Anglo rum episcopo. Quædam lex Romana permittit, ut siue fratris vel sororis, seu duorum fratrū germanorum, filius & filia miscantur, sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non succrescere.

## ¶ Obiectum hæretici contra secundam propositionem.

I. Non quod intrat in os, cos inquinat hominem. Mat. 15

R. 5

# VDE FESTIS

**2. Tim. 4** 2. Omnis creatura dei bona est, & nihil rejciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et ibi vocat doctrinam dæmoniorum & mendacem, abstinerere à cibis, quos deus creauit, ad percipiendum cum gratiarū actione, fidelibus.

**ad Tit. 1** 3. Omnia munda mundis, coquinatis autem & infidelibus nihil est mundum.

**Colof. 2** 4. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum.

**Rom. 9** 5. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, non dixit ieunij.

6. Christus in euangelio non præcepit discretionem ciborum, quid ergo imponitis hoc onus fidelibus.

**Actu. 15** 7. Libertas Christiana non patitur hæc onera seruitutis.

¶ ET IE IVNII S. 195.

¶ Respondent catholici.

Nihil hic dicere Christum de De pri  
jejunio, sed tollere errorem Ius  
dæorum, qui credebant cibos  
non lotis manibus tactos fieri  
immundos, & comedentem  
hunc cibum fieri immundum,  
ut liquet ex Mathæo, & Mar  
co, hanc stultitiam reiçit Chri  
stus, cibos illotis manibus ta  
ctos non inquinare comedens  
tes. Alioquin comedens suffo  
catum tēpore apostolorum, aut  
venenum scienter, non fuisset  
coinquinatus. Hunc locum tor  
quebant & Manichæi contra  
delectum ciborum, Augustin.  
libro. 16. contra Faustum.

¶ Aduerte igitur, q̄ cibus in  
trans in os, quia in ventrem va  
dit, & in secessum emittitur nō  
coinquinat hominē. Sed homo  
ipse cōtra dei & ecclesiæ prohi  
bitionē, aut etiā ecclesiæ cōsuetu

Marc. 7.

## ¶ DE FESTIS

dinem ac contra propriū votū,  
aut cum scandalō proximi sui  
sumens cibum, seipsum coins  
quinat. Hoc enim procedit ex  
malo corde. i. cx contemptu dā  
& ecclesiæ in suis præceptis.

Li. 14. de  
ciuit. dei  
ca. 12. **Vnde** Augusti. Non ideo de  
bet quis existimare leuc ac par  
uum fuisse illud peccatum com  
missum in paradiſo, quia in eſca  
factum est, non quidem mala ac  
noxia, niſi quia prohibita &c.

Ita vinum utiq; bonū in ſe Re  
chabitas coinq; nasset, ſi illud cō  
tra patris prohibitionem bibiſ  
ſent. Sed quia abſtinuerunt, pla  
cuerūt domino, ſequitur enim.  
Hęc dicit dominus exercitum  
de Iſrael. Pro eo quod obedistiſ  
præcepto Ionadab patris ve  
ſtri, & custodiſti omnia manda  
ta eius, non deficiet vir deſtri  
pe Ionadab filij Rechab, ſtans  
in conſpectu meo cūctis diebus  
**E**t de Ioanne baptista prædiſ

# ET IEIVNIIIS 196.

xit Gabriel angelus, vinum & Lucæ. i.  
ficeram non bibet. Item Esca e Matth. 3  
ius erat locustæ & mel silvestre. Marci. i.  
¶ Eleazarus & Machabæi poti  
us mqrí elegerunt, quam suillis  
contra diuinæ legis prohibitio  
nem vesci carnibus. Sed inobes  
dientes Lutherani vaniloqui &  
seductores, vniuersas domos  
subuertentes, docentes quæ non  
oportet, turpis lucri gratia, vt Titum. i  
Cretenses semper mēdaces ma  
læ bestiæ, ventres pigri, nulla  
seruant ecclesiæ iejunia, sedens  
tes super ollas carnium in Aegy  
pto, naufeantes manna cœlesti,  
grauantes corda sua crapula, &  
ebrietate, mentem habentes &  
conscientiam inquinatas. Glori  
antur se euangelicos, factis au  
tem negant, cum sint abominas Titum. i  
biles, & increduli, & ad esse  
opus bonum reprobi. De secū.  
¶ Non voluit apostolus iudai  
ca obseruātia aliquos cibos esse

## DE FESTIS

perpetuo prohibitos, ut carnē

**A**ctu. 15 suillām (demptis decretis in concilio apostolorū) at ecclesia credit omnem creaturā dei bonā, licet pro tempore ad mortificā, dum veterem hominem praecipiat, ab aliquibus abstinere.

Porro hic non tractat apostolus de ieunio, vel maceratione carnis, sed quia Tatiani & alij hæretici dicebant, certas esse res creatas à principio malo. Paulus hoc destruit, quia omnis creatura dei sit bona, & cum gratiarum actione sumenda, quod facit catholicus, licet non pro omnī tempore, nec Paulus hoc præcipit pro omni tempore.

**t. Tim. 4**

**D**e tert. In lege aliqua animalia erant immunda per significationem, Iudæi crediderūt per naturam, destruit errorem Paulus, quia fidelibus omnia sint munda, & pro tempore comedenda, at quod non liceat abstinere pro tempore.

## ¶ ET IEIVNIIS. ¶ 7.

re, hoc non prohibet apostolus  
Vnde san. Iacobus minor nuns  
quam est usus carnibus vel vi-  
no, authore Egesippo.

¶ Similiter dicatur, nā noluit si De quar  
deles ritu Iudaico iudicari in ci- to.  
bo & potu & festis.

¶ Spiritu facta carnis mortifi- De quin  
cantur, ac spiritus suuatur, si ca-  
ro ieunijs crucifigatur, sicut dis-  
cit Paulus. Qui Christi sunt car- Gala. 5  
nem suam crucifixerunt. Et ite- i. Cor. 9  
rum. Castigo corpus meum, &  
in scrututem redigo.

¶ Etiam si Christus non docuit De sext.  
aliquando abstinendum à car-  
nibus, hoc non refert, quia ipse  
docuit in agis necessaria ad salu-  
tē. Sed quę expediunt & promo-  
uēt salutem, reliquit magisterio  
spiritus sancti & ecclesiæ, & illa  
non omnia per se explicuit.

¶ Dic vt in puncto superiori De sept.:  
de constitutionibus humnanis argumento vltimo.

DE VENERATIONE  
sanctorum  
¶ XV.

**S**ancti ut amici dei, sunt in  
Sctōs plorandi, ut pro nobis in-  
tercedant, & licet sancti, nō  
honorā sint adorādi latria, quia sol ideo  
dos. debetur, tamen vencandi sunt  
dulia. Ioan. 12. Si quis mihi mi-  
nistrauerit, honorificabit eum  
pater meus qui in cœlis est. Si  
ergo deus honorificat sanctos,  
cur nos non honoremus san-  
ctos? Quamdiu fecistis vni de  
his fratrib. meis mimis, mihi se-  
cistis. Itaq; honor exhibitus san-  
ctis, exhibitur deo.

**Matt. 25** **Psal. 158** **Hiere. 15** **¶** Mihi autem nimis honorati  
sunt amici tui deus, nimis con-  
fortatus est principatus eorum.  
Si steterint Moyses & Samu-  
el coram me, non est anima mea  
ad populum istum. Quod ex-  
ponens Greg. dicit quasi diceret  
nec illos

# ¶ SANCTORVM. 68.

nec illos modo pro amicis aus*s* Gregor.  
dio, quos magnæ virtutis meri  
to, orare etiā pro inimicis scio.

Vbi manifeste innuit Hieremis  
as sanctos orare pro populo.

Voca ergo si quis est, qui tibi  
respondeat, & ad aliquem san*s*  
ctorum conuertere, quæ quidē  
verba quamuis Eelephas the*s* Iob. 5.  
manites ad Iob dixerit, non tas  
men ea Iob reprehendit, sed vt  
sanum consilium amici accepta  
uit. Ita & Heliu dixit, Si fuerit Iob. 33.  
angelus pro eo loquens v*a* Heliu.  
num de similibus, vt annunciet  
hominis æquitatem, miserebis  
ture eius, scilicet deus, & dicet. Li  
bera eum vt non descendat in  
corruptionem, inueni in quo ei  
propicier.

Ite ad seruum ineum Iob, & Iob. 42.  
offeret holocaustū pro vobis,  
faciem eius suscipiam, vt non  
imputetur vobis stulticia. Et in  
fra. Dominus quoque conuers  
S

# ¶ DE VENERATIONE

sus est ad poenitentiam Iob,  
cum oraret ille pro amicis suis.

Gene. 48. ¶ Dixit Iacob, & ita uocetur nomen meum super eos, & nomina patrum meorum Abraham & Isaac & Iacob.

Exo. 28. ¶ Moyses dixit ad eum. Quiescat ira tua & esto placabilis super malitia populi tui. Recordare Abraham Isaac & Israel, quibus iurasti per semetipsum dicens. Multiplicabo semen vestrum, sicut stellas coeli. &c. Et sequitur. Placatus est dominus super iniuitate populi sui.

Baruh. 3. ¶ Domine omnipotens Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel & filiorum ipsorum, qui peccauerunt ante te. &c.

2 Mac. 15. ¶ Vedit Iudas Machabæus Oniam manus protendentem orare pro omni populo Iudeorum, post hoc vedit alium viatum etate & gloria mirabile, de

## S A N C T O R V M , 1 3 9 .

quod dixit Onias, hic est fratum amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo et vniuersa sancta ciuitate, Hieros mias propheta dei.

¶ Si patres vestri in limbo non dum clara diuinæ faciei visione beati, pro suis orabant, quanto magis sancti in æterna beatitudine deum facie ad faciem perpetuo contemplantes, credendi sunt orare pro nobis.

¶ Quamdiu fecistis vni de his Mat. 25. s̄rib. meis m̄mis, mihi fecistis. Itaque honor exhibitus sanctis, exhibetur deo.

¶ Pro hoc orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Psal. 51. Hebræi legunt omnis misericors, beati autem sunt sancti & misericordes.

¶ Absolon reconciliatus patri, 2. reg. 14 per biennium tamen moratus Hierusalem non vidit faciem patris sui, sic peccator recon-

## ¶ DE VENERATIONE

sus est ad poenitentiam Iob,  
cum oraret ille pro amicis suis.

**Gene. 48.** ¶ Dixit Iacob, & iudicetur no  
men meum super eos, & nomi  
na patrum meorum Abraham  
& Isaac & Iacob.

**Exo. 28.** ¶ Moyses dixit ad eum. Quies  
scat ira tua & esto placabilis sus  
per malitia populi tui. Recorda  
re Abraham Isaac & Israel, qui  
bus iurasti per semetipsum dia  
cens. Multiplicabo semen ve  
strum, sicut stellas coeli. &c. Et  
sequitur. Placatus est dominus  
super iniquitate populis sui.

**Baruh. 3.** ¶ Domine omnipotens Deus  
Israel, audi nunc orationem  
mortuorum Israel & filiorum  
ipsorum, qui peccauerunt ante  
te. &c.

**2 Mac. 15.** ¶ Vedit Iudas Machabæus  
Oniam manus protendentem  
orare pro omni populo Iude  
orum, post hoc vedit alium vi  
rum etate & gloria mirabilē, de

# SANCTORVM.

quod dixit Onias, hic est fratum amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo et vniuersa sancta ciuitate, Hieros mias propheta dei.

¶ Si patres vestri in limbo non dum clara diuinæ faciei visione beati, pro suis orabant, quanto magis sancti in æterna beatitudine deum facie ad faciem perpetuo contemplantes, credendi sunt orare pro nobis.

¶ Quamdiu fecistis vni de his Mat. 25. fratribus meis mimis, mihi fecistis. Itaque honor exhibitus sanctis, exhibetur deo.

¶ Pro hoc orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Psal. 31. Hebrei legunt omnis misericors, beati autem sunt sancti & misericordes.

¶ Absolon reconciliatus patri, 2. reg. 14 per biennium tamen moratus Hierusalem non vidit faciem patris sui, sic peccator recon-

# DE VENERATIONE

ciliatus deo non statim se præsentat deo, sed per mediatores & intercessores.

3. Reg. 2

¶ Salomō thronum matris suæ iuxta thronum suum collocari præcepit, Verus pacificus Salomon Christus honorans matrem suam, idem facit.

Psal. 33.

¶ Angeli orant pro nobis, immittet angelus domini in circuitu timetum cum & eripiet eos.

Psal. 90.

¶ Angelis suis mandauit de te, ut custodiant vias tuas.

Zacha. 1

¶ Orat angelus pro populo Iudaico, domine exercituum vsq; quo tu non misereberis Hierusalem, & vrbiū Iuda, quibus iratus es? Et respondit dominus angelo bona verba consolatoria.

Apoc. 6

¶ Quatuor animalia & virginis quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas, plenias odoramentorum, quæ sunt

# SANCTORVM. 100.

orationes sanctorum.

¶ Angelus stetit ante altare ha-  
bens thuribulum aureum, & da Apoc. 8  
ta sunt illi incensa multa, ut da-  
ret de orationibus sanctorum  
omnium super altare aureum,  
quod est ante thronum dei, &  
ascendit fumus incensorum de  
orationibus sanctorum, de mas-  
nu angeli coram deo.

¶ Omnes sunt administratorij  
spiritus, qui in ministerium mit Heb. 1  
tuntur propter eos, qui heredes Actu. 12  
erunt salutis. Angeli ergo suffra-  
gatur nobis cur igit eorum suffra-  
gia & ministeria non licet im-  
plorare?

¶ Et eadem quae de angelis est Mat. 28.  
ratio est & de sanctis, qui in re Mar. 12.  
gno coelorum ipsis sunt æquales:

¶ Nec superauit illum (Heliæ,  
um) ullum verbum, & mortu-  
um prophetauit corpus eius, in  
vita sua fecit monstra, & in mor-  
temirabilia operatus est.

S 3

# QDE VENERATIONE

## Secundo probatur rationib.

Pria rō. ¶ Christus intercedit pro nobis secundum, humanitatem ad deum patrem. Quia & Christus

Rom.8. Iesus interpellat pro nobis.

Hebr.7. ¶ Iesus sempiternum habet sacerdotium vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad deum, semper uiuens, ad interpellādū pro nobis.

I. Ioan.2. ¶ Sed & si quis peccauerit, ad vocatum habemus apud patrē, Iesum Christum, iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam totius mundi.

Scđ'a rō. ¶ Si ergo caput Christus orat pro nobis, cur non etiam membra eius, sancti cum eo rogātes, qui se conformant Christo? ¶ Viui orant pro inuicem, & impetrant sēpe.

Iaco.5. ¶ Orate pro inuicem ut salvemini, & adducit orationem He

# SANCTORVM. 101.

liæ tertio Regum. 27.

¶ Moyses orauit. Exo. 17. & .31  
Mulier chananæa pro filia sua  
Matth. 15. Centurio pro scrubo  
suo. Luc. 7. Paulus pro connaui  
gantibus Actu. 27.

Dilema

¶ Si ergo viui orant pro inuis lutherans  
cem, cur etiam beati mortui hoc nisi infors  
non facerent, qui sunt in charita Iubile.  
te perfectiores, & apud deum  
potentiores, & mente puriores?  
Aut ergo sancti non orant pro  
nobis , sicut viui, quia est res  
eis indigna, itaque non conueniet  
Christo , aut quia est res tan  
tæ excellentiæ , quod soli  
Christo & non alijs conueniet,  
ergo non conueniet viatoribus.

¶ Imo vult deus per sanctos  
inuocari. Quæsiuī inquit de eis ut  
rū qui interponeret sepē, & sta  
ret oppositus contra me pro ter  
ra ne dissiparē cā, & nō inueni.

Ezec. 22

¶ Obsecro vos fratres per dos Rom. 15  
minum nostrum Iesum Chris

## ¶ DE VENERATIONE

stum, & per charitatem sancti,  
vt adiuuetis me in orationibus  
vestris pro me ad deum, vt libe-  
rer ab infidelibus qui sunt in  
Iudaea.

## ¶ Tertio probatur autoritatis bus sanctorum.

Cyprianus ad Corn. papali. i.  
epistola prima, petit vt si quis  
eorum prior deceperit, pro fras-  
tribus & sororibus nostris non  
cesset oratio.

¶ Bernardus super Cantica.  
Homil. 66. de hæreticis sui tem-  
poris. Irrident nos quod in fons  
te baptizamus, & sanctorum  
suffragia postulamus, atq; Chri-  
stum in utroq; sexu tam in mor-  
tuis quam viuis prescribere vo-  
lunt, nam & mortuos viuentis  
um fraudant suffragijs, & viuen-  
tes nihilo minus sanctorū qui  
discesserunt auxilijs spoliant.

¶ Vigilantius dixit, qdum vi-  
uimus,

Niero.

# S A N C T O R V M . C r o z.

uimus, mutuo pro nobis orare possimus, postq; autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, refert Hieronymus & improbat. Sic enim pugnat Hierony. contra Vigilantium. Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse soli citi, quanto magis post victorias, coronas & triūphos? Vnus homo Moyses sexcētis milibus Exo. 32 armatorum impetrat à domino veniam, & Stephanus imitator Actu. 7 domini sui, & primus martyr in Christo persecutoribus veniā deprecatur. Et postq; cum Christo esse cœperint, minus valebunt. Paulus apostolus dicens Actu. 27: Septuaginta sex sibi dicit in nauis animas condonatas. Et postq; resolutus esse cœperit cū Christo, tunc ora clausurus est, & pro his qui in toto orbe ad

T

## DE ENERATIO.

scum euangelium crediderunt  
mutare non poterit & Meliorib;  
Vigilantius canis viuens, quā  
illeto mortuus & Recte hoc de  
ecclesiaste proponeres, si Paulū  
in spiritu mortuum confiterer.  
Hæc Hieronymus.

Augustinus super Joannem.  
Tracta. s. 4. Beati martyres quo-  
rum memorias noī inaniter ces-  
lebramus. i. Ideo quippe ad ips-  
am mensam (i. altare) non lic-  
eos commemoramus, quemad-  
modum alios qui in pace requie-  
scunt, vt etiam pro cīs oremus,  
sed magis vt orent ipsi p nobis,  
vt corū vestigīs adhærcamus.  
Augusti. in die Petri et Pau-  
li, Quisquis honorat martyrem  
honorat Christum: et qui spen-  
nit martyres spenit Christum.  
Leo papa de S. Laurentio, cu-  
ius oratu et patrocinio adiuuari  
nos sine cessatione confidimus.

Diony. *Dionysii. ca. 7. ecclesiasticæ hic*

**S**ANCTORVM. ¶  
rarchiæ. Si q̄s spernat sacrosanctam disciplinam, atq; infelicitate seductus, dignum se arbitretur diuina familiaritate, sanctosq; despiciat &c. hic si intento careat desiderio, imperita postulatione p̄ sc nunquam potietur.  
¶ Probatur quarto, ecclesiæ consuetudine.

**A**ttestatur usus totius ecclesiæ & patres sancti per omnia Christianorum secula, tot miracula euidentissima, & festivitates ab ecclesia de sanctis institutæ. Sanctus Sauinianus erexit ecclesiæ. Petro viuo, condidit & alias duas in honore sancti Stephani & s. Ioannis baptistæ in Gallia.

**O**bijciunt hæretici.

**S**olus inuocandus est Christus & deus, quia solus sufficit, solus est liberalissimus & misericordissimus, plus nos amans quam sancti omnes.

# DE VENERATIONE

**Ioan. 16** 1. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

**Lucæ. 11** 2. Petite & accipietis, quærite & inuenietis.

**Mat. 21.** 3. Omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes accipietis.

**Heb. 4** 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ cius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

**2. Cor. 1** 5. Igitur accedere debemus ipsum patrem misericordiarum, & deum totius consolationis, a fontem gratiarum, potius quam sanctos.

**1. Tim. 2** 6. Vnus est mediator dei & hominum, Christus Iesus, cur ergo nos volumus facere plus res mediatores sanctos.

7. Porro quod de Baruch & Machabæis fuit adductum, disunt illos libros non esse canonicos. Hieronymus in prolo

# SANCTORVM 104.

go super Prouerbia.

s. Ad Hieremiam respondet Zwinglius haereticus. Si Moy<sup>s</sup> ses & Samuel adhuc in humas nis essent, ac pro populo isto intercederent, vinceret indignatio gratiam.

Diluitur ista per Catholicos.

Hæreticos hic sophismatis bus deceptos ex eo liquet, quod aliqua per eos inducta, eque tollunt intercessionem Christi & omnia tollunt, æque preces virorum sicut mortuorum, quos cum tamen intercessionem negare non audent, quantumuis impij & blasphemari.

Fatemur petendum, petendum in nomine Iesu, petendum cum fiducia, at illa non exclusum sanctos, quia & per sanctos velut membra petimus in nomine Iesu eorum capitibus: unde ecclesia concludit collectas de

T 3

# DE VENERATIONE

sanctis, per Christum dominum nostrum.

**E**t licet deo sit optimus, misericordissimus, tamen est ordinatus, disponit omnia suaviter, & inferiora per media dicit ad superiora, ait Dionysius. Et sic patet solutio ad. 1. 2. 3. 4.

**D**e quinque omnino placet, accedamus  
20. fontem gratiae & patrem manifestum cordiarum, at commodius faciemus illud per sanctos, quia deus

**D**eut. 4. noster ignis consumens est: mes  
**H**eb. 12. rito timemus, ne pereamus a facie eius sicut fluit cera a facie ignis, ob hoc mediatores querimus & intercessores.

**D**e sexto, quod unus est mediator redemptoris Iesus Christus, quia ille filius redemit genus humanum, non est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos saluari, sed plures sunt mediatores intercessionis. Est igitur unus mediator per redemptionem sicut & vs

# SANCTORVM

nus saluator. Is enim solus pasto  
tor bonus est, qui dedit animam  
suam redemptionem pro multis  
tuis. Sunt autem plures mediato-  
res per intercessionem, sicut &  
plures tales scriptura commemora-  
rat saluatores. Moyses ait, seque-  
ster & medius fui inter deum &  
vos. Item suscitauit eis saluato-  
rem Othonielcm. Et iterum, Et  
dedisti eis saluatores, qui salua-  
uerunt eos. Pharaon rex Egyp-  
ti vocauit Joseph saluatorem  
mundi.

Deut. 5.  
Iudic. 5.  
Nee. 9.

Gen. 41.

¶ Omnes canones ecclesiæ de  
canonicis scripturis eratinerant  
Machabæos, quare ostendunt  
haeretici ubi iudicatum sit libri  
bros canonicos esse, & inuenis-  
ent istos, licet in synagoga non  
fuerint canonici, ut testis est August.  
Augustinus. Et cum canon de libro. 8.  
libris sit additus tri concilio Mile de ciui.  
ultario, forte nondum peruenit dei. ca. 56  
ad Hieronymum.

De sept  
mo.

## VIDE VENERATIONE

De octa. ¶ Hoc est hæretorum proprium torquere scripturā, nam cū ipsi semper exigant claras scripturas & nullas admittant glossas, cur iam allata clara scriptura extrariā adfert glossam: Deus dicit si starēt, nō dicit si viuerēt, & starent, potissimū cū illa glosfa non sit fundata in scripturis, in concilijs, in sanctis patribus, sed somnia ex indocto & insano cerebro Zwingli hæretici.

¶ Augustinus li. 20. ca. 21. Populus Christianus memorias martyrum religiosa solennitate celebrat, & ad excitandam imitatem, & vt meritis eorum confocietur & orationibus adsumuetur, ita tamen vt nulli martyrum, quamvis in memorias martyrum constituamus altaria. Vide sesquenta, quia Faustus hæreticus etiam impugnauit memorias martyrum.

Explicit non est præcepta sanctorum inuocatio in sacris literis: Non in veteri testamento: ubi populus alioquin erat propensus in idolatriam: & pa-  
pres erant in lymbo nondum be-  
ati. Isa. 63. Abrahā nesciuit nos:  
Israel ignorauit nos: Sub Euangeliō etiam non fuit præceptū,  
ne gentiles conuersi crederent  
se iterum induci ad cultum terri  
genarum, vt pro veteri more  
sanctos non vt patronos, sed  
vt deo's adorassent: sicut lycatos  
niæ Paulo & Barnabæ sacrificia-  
re volebant: Porro si apostoli  
& Euangelistæ docuissent sans-  
tos venerandos, arrogantiæ  
datum eis fuisset, ac si ipsi post  
mortem gloriam illam quæsis-  
uissent: Noluit ergo. s. expressis  
scripturis docere venerationem  
sanctorum: sed eiusmodi firma-  
tos in fide docuit per miracula

T. S.

## ¶ DE IMAGINIB. CRVGIF.

& sanctorum auxilia, fusis ad eos precibus, illos venerandos;  
Quamuis dispari cultu à deo,  
qui latria colendus est: sicut  
Maria hyperdulia, & sancti dulia quæ extense etiā adoratio di-  
citur.

## ¶ DE IMAGINIBVS

Crucifixi & sanctorum.

### ¶ XVI.

**L**IET gens Iudæa esset pro-  
pension in Idolatriam, tas-  
men imagines aliquas des-  
us eis præcepit.

**Exo. 25.** ¶ Duos quoq; Cherubim au-  
reos & pductiles facies ex vtra  
q; parte oraculi. Cherub vno sit  
in latere uno & alter in altero.

**Num. 12.** ¶ Locutus ē dominus ad Moy-  
sen, fac serpentem æneum, & po-  
ne eum pro signo.

**Leui. 26.** ¶ Non facietis vobis idolum,

# ET SANCTORVM. 107.

& sculptile, nec titulos erigetis,  
nec insignem lapidem ponetis  
in terra vestra, ut adoretis eum.

Et tamen Iosue moriturus pos-  
suit lapidem prægrandem sub-  
ter quercum, quæ erat in san-  
ctuario domini: similiter Samu-  
el, sic permisum est altare filiis 1. Re. 17.  
Rube n & Gad. Iosu. 22

Eusebius, Seth iustus, priimus  
imagines dei fecit, Hieronymus  
de Hebraicis q. & Comestor su-  
per Genesim, enarrat Iudæos et  
causam cur fecit imagines.

Damascenus lib. 4. affirmat Damas-  
nos habere usum imaginum ex li. 4.c. 17  
traditione apostolorum.

Eusebius li. 2. ecclesiasticæ hi-  
storiæ, & Damascenus referunt  
Christum misisse imaginem fas-  
ciei suæ Abagaro Edessenorū  
regi, asservatur Genuæ in eccles-  
ia sancti Bartholomæi.

Faciem suam dominus linteo  
impressam dedit Vrónica,

## DE IMAGINIB. CRVCIF.

cuius imagine sanatus Tyberius Cæsar, q[uod] ob id decreuit Christo honores diuinos. Verum quod inscio senatu id fecerat, se natus prohibuit, vt author est Suetonius.

¶ Sanctus Lucas virginē Mariam depinxit, vt celebris fama est per ecclesiam,

¶ Approbatus fuit imaginum usus in concilio Niceno secundo. Ex quo hi versiculi in latum translati.

¶ Hoc deus est, quod imago dicit, sed non deus ipsa.

¶ Hanc recolas, sed mente coscas, quod cernis in illa.

¶ In Constantinopolitano sub Hirenço, in tribus concilij Lasciranen. sub Greg. 2. & 3. & Stephano, & in concilio Franckfordensi ad Menum hæresis Feliciana fuit damnata, quam spurj ecclesiæ suscitare nituntur, Græci appellant hæreticos il-

**¶ ET SANCTOR. y P̄os.**

**I**los Iconoclastas. i. fractores ima-  
ginum.

**G**raeci imperatores, centum  
annis tyrannice impugnarunt  
vsum imaginum, & fuit potior  
causa transferendi imperium in  
Germanos.

**B**eda inquit, imagines fieri in  
ecclesia dei, nulla diuina litera  
vetuit.

**A**thanafius scribit miraculū  
quod contigit cum imagine cru-  
cifixi in Beriho, fuerat hēc crux  
sancti Nicodemi.

**C**onstat ergo Apostolorum Illatio.  
tempore fuisse imagines in ec-  
clesia.

**E**usebius lib. 7. scribit de ima-  
ginibus Petri & Pauli apostolo-  
rum, meminit imaginis Christi,  
facientis miracula, narrat etiam  
in tripartita hist. lib. vi. Cassio-  
dorus.

**C**arolus magnus quatuor li-  
bros scripsit contra volentes

## ¶ DE IMAGINIB. CRVCIF.

sollere imagines, vnde Thuricē  
ses fundatorem eorum & patro-  
num Carolum potius sequi de-  
bent cum ecclesia catholica, quā  
hæreticum Zuinglium.

De cōfē.  
dist. 3. ca.  
Perlatū.  
& ca. ve-  
nerabi-  
les.

¶ Vtilitas imaginū est quod  
instruunt simplices, admonent  
scientes, afficiunt omnes. Decet  
enīm dēum visibilem factum ī  
humano habitu, visibili imagi-  
ne præsentari. Et Luther vel  
īn hac parte sapit, quod Caro-  
lostadum imagines destruens  
tem & delētēm ex Saxonia  
curauit proscribi, & pro viris  
bus hæresi Felicianæ resistit.

¶ Luther contra Carolostadis  
um sic inquit, imagines reme-  
moratiuas aut testimoniales, si  
cut sunt imagines crucifixi &  
sanctorum, probatum est esse  
tolerandas, etiam in lege. Et  
non solum tolerandas, sed quā  
diu memoria & testimonium in-

# ET SANCTORVM

eis durat, tunc sunt laudabiles & honorabiles, sicut statuae Iosuæ & Samuelis. Vide librum nostrum de imaginibus.

## ¶ Obijciunt hæretici.

1. Non facies tibi sculpti-  
le, neq; omnem similitudinem  
quæ est in cœlo desuper, & quæ  
in terra deorsum, nec eorum q  
sunt in aquis sub terra. Simile  
dicit Exodi in finc. Deuterono.  
4. & 5. & 27. & multis alijs scri-  
pturis veteris Testamenti.
2. Ezechias confregit serpens 4. Re. 18.  
tem æncum, quem fecerat Moy-  
ses.
3. Christus promisit vénire Ioan. 4  
re, & nunc tempus esse, quod  
veri adoratores adorarent de-  
um in spiritu & veritate, spiri-  
tus autem non afficitur imagi-  
nibus.
4. Porro subest periculum  
idololatriæ sub imaginibus,

## ¶ DE IMAGINB. CRVCIE.

& immundorum cogitatuum..

Viēnæ 5. Balthasar Hiebmair, qui se  
cōbus̄t, fridberger iam nominat, nouiti  
1528. us hæreticus, hoc cornutum fas  
cit argumentum. Aut præcepte  
sunt imagines, & tunc ostenda  
tur scriptura, Aut non sunt præ  
cepte & tunc nihil valent. Pos  
stea fact⁹ est p̄ parabaptistarū:

## ¶ Respondent catholici.

De priō ¶ Deum præcedentibus & se  
quentibus explicare mentem su  
am, nam sicut prohibuit venes  
rari deos alienos, ita prohibuit  
imagines illorum, at quia nos  
sanctos non habemus pro dījs,  
non prohibemur illorum faces  
re imagines. Nam ante verba  
cītata inquit, Non habebis de  
os alienos coram me. Non fac  
es tibi sculptile &c. sequitur. Nō  
adorabis ea, neq̄ coles. Ecce in  
illūm finem non debent fieri.  
Et ita Luther met intelligit.

Quod

# LET SANCTCRVM. S. I. O.

¶ Quod si Leo Iud Thuricen.  
Iudaico more literæ affigitur,  
quod absolute facere imagines  
sit prohibitum, coniectarium  
esset Salomonem peccasse, quā  
do fecit. 12. leunculos in solio,  
peccasset sculpendo boues in  
maris filii, & leones, & boues, et  
cherubim in basibus æreis, quis  
est tam hebes, ut credat nullum  
fuisse pictorem, nullum sculpto  
rem in Iudea, quis tunc sculpsit 3. Reg. 6  
cherubim? Et in moneta ait Chri Mat. 22  
stus, cuius est hæc imago? Aus  
gusti libro 20. contra Faustum  
ca. 23. Et si usus quarundā re  
rum, similis nobis esse videatur  
cum gentibus, longe tamen ali  
ter utitur his rebus, qui ad aliū  
finem usum earum refert, sic dis  
cito de imaginibus gentilium &  
Christianorum.

¶ Quod Ezechias destruxit ser  
pentem, fuit causa huius ab  
usus populi idolatrantis: nam

V

## Y/DE IMAGINI CRVCI.

in loco eodem sequitur, Siquidē usq; ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum. Vnde si constaret de abuso alicuius imaginis illa deberet aboliri, abstinet ergo serpentem, nō quia imaginem, sed quia Iudei adorabāt.

**De ter  
tio.** Adorandum deum dicimus potissimum in spiritu et veritate, quod ut faciamus, imagines nos admonēt & ad memoriam reducunt. Nam spiritum non excludere signa sensibilia, indicum nobis præstant sacramenta, quæ sunt in sensibilibus signis instituta.

**De quar  
to.** Nullum periculum subest idolatriæ, quia facillime possunt instrui simplices ad rectificandam eorum intentionem, puta quod venerationem referant non ad imaginem ipsam, sed ut Basilius docet, ad prototypum, ne detur occasio aut periculum immundorum cogitationis.

**Basilius**

# ÆT SANCTOR. III

tuum, lasciuia pictoribus in his  
benda est.

¶ Liqueret ex punto primo & De quin  
secundo ac quarto quam vere co,  
cornutum sit hoc argumentum  
in uscæ illius Aegyptiacæ. Non  
est hoc præceptum in scripturis  
idco non obseruandum. Quinis  
mo hoc cornu cum impetamq,  
aliquid esse in scripturis præcep  
tum, & tamen non obseruans  
dum, ut de sabbati sanctificatio  
ne, de non comedendo sang  
uinem suffocatum, &c. Sufficis  
at catholico, quod ecclesia cons  
tituit imagines sanctorum, ves  
lat utiles & expedientes, poni  
debere in ecclesia, & cornua  
peccatorum confringantur. Di  
cam ei dominicam diem cele  
brare, aut est præceptum, & os  
tendatur scriptura, aut non est  
præceptum, itaque nihil valet,  
quod nec hæreticus dicet.

V 2

# DE MISSAE

## Sacrificio. XVII.

Diony.

**Q**uomodo à columnis ecclesiæ instituta sit Missæ actio ceremoniosa (ut ita loquar) ex sancto Dionysio a postolorum discipulo liquet. At quia heretici noui inauditam in ecclesia dei inuenierunt haeresim, missam non esse sacrificium: Contrarium ex scripturis probatur,

Leui. 45  
6.9.14

**S**emper fuit sacerdotum officium offerre pro peccatis populi, & ignorantij, pro delictis, pro mundatione.

Mala. 1

**N**on est mihi voluntas in vobis, nec munus accipiam de manu vestra: A solis enim ortu usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offeratur nomine meo oblatio munda.

## SACRIFICIO. 112.

Prædixit propheta hic cessatio  
nem sacrificiorum legalium &  
institutionem sacrificij nouę les  
gis: Non poteris illud dicere so  
lum fuisse in cruce, quia dicit sa  
crificari in omni loco, & loqui  
tur tamen de una oblatione, & non  
est aliud sacrificium nisi corpus  
Christi toties in missa repetitū.

Quando dixit de aduentu Mala. 5.  
messiae, subdit. Et purgabit filii  
os Leui, & colabit eos quasi aus  
rum & quasi argētum, & erunt  
domino offerentes sacrificia in  
iusticia, & placebit domino sa  
crificium Iuda & Hierusalem,  
sicut dies seculi & antiqui. Ecce  
saluator purificauit sacerdotes  
Euangelicos ut offerant sacrific  
ia, non in sanguine, sed in iusti  
cia, dicit glosa ordina. id est eu  
charistiam.

Eligentur & dealbabuntur, & Dan. 12.  
quasi ignis probabuntur multi,  
& impie agent impij, neq; intel

V 3

# DE MISSÆ

ligen t om̄es imp̄ij , porro docti  
intelligent: & à tempore cum ab  
latum fuerit iuge sacrificium , &  
posita fuerit abominatio in des  
solutionem , dics mille ducenti  
nonaginta . Illud esse implendū

**Mat. 24.** testatur Christus , iuge sacrificiū  
ūm in aduentū abominationis ;  
id est Antichristi , cessabit vni  
uerfaliter ferme per quatuor an  
nos , cum desolat̄ erūt ecclesiæ .  
**Illatio.** Itaq; qui in particularibus eccl  
esijs faciunt cessare iuge sacrifici  
ūm missæ , sunt præcursorès  
Antichristi .

**Heb. 5.** **O**mnis namq; pontifex ex  
hominib; assumptus , pro hos  
minib; constituitur , in his que  
sunt ad deum , vt offerat dona  
& sacrificia pro peccatis , qui cō  
dolere possit his qui ignorant et  
errant , quoniam & ipse circuns  
datus est infirmitate , & proprie  
t̄a debet quemadmodum pro  
populo ita etiam pro se ipso , ob

## SACRIFICIO. 113.

ferre pro peccatis. Hic apost. de  
finit præcipuum officium vnum pon  
tificum scilicet offerre pro peccatis. Et  
cum heretici negant vnum posse off  
ferre pro alio, Paulus docet eum off  
ferre pro peccatis populi & suis:

¶ Ab apostolis frequentatam Ignatius  
missam ostendit, quod Ignas  
tius apostolorum discipulus, qui  
vidit Christum, ad Smyrnenses  
inquit, propterea non licet sis  
ne episcopo neque sacrificium im  
molare, neque missas celebrare.  
Et quia nullum est sacrificium  
reale novi testamenti (quia cor  
contritum semper est sacrificium)  
nisi corpus Christi, & tamen in  
veteri testamento plura fuerunt  
sacrificia, omnia Christi sacrifici  
um representantia.

¶ Hierenus Lugdunensis libro Hirene,  
4 cap. 32. Eum qui ex creatur  
a panis est, accepit, & gratias  
agegit dicens. Hoc est corpus  
meum. Et calicem similiter, q. est

## ¶ DE MISSÆ

ex ea creatura secundum nos,  
suum sanguinem confessus est,  
& noui testamenti nouā docuit  
oblationem: quam ecclesia ab  
apostolis accipiens, in vniuerso  
mundo offert deo, vir sanctus  
& temporibus apostolorum vi-  
cinus, non potuit clarius loqui.

Cyprianus martyr Cecilio fras-  
nus.

Cyprianus scribit. Admonitos autem  
nos scias, ut in calice offerendo  
dominica traditio seruetur, ne  
q̄ aliud fiat à nobis, quā quod  
pro nobis dominus prior fecit,  
ut calix qui in cōmemorationē  
eius offertur, mixtus vino offe-

August. ratur. Hec verba repetit beatus  
Cryso. Augustinus libr. 4. de doctrina  
De fide Christiana. Et ita missam dicit  
ad pet. sacrificium Crysostomus super  
ca. 7. Matthæum, super epistolam . 2.  
ad Timothéum, super epistolam  
ad Hebræos. Similiter beatus  
Ambrosius, Augustinus s̄epissime,  
Gregorius, & alij. Videlis  
bros

# SACRIFICIO. § 14.

bros nostros de sacrificio missæ.

¶ Ordo missæ vel orationū q̄b. Isido. li. i  
deo oblata sacrificia consecrān<sup>z</sup> de offi. c.  
tur, primo à sancto Petro est cō 15.

stitutus, cuius celebrationem  
vno eodemque modo vniuers  
sus peragit orbis.

Decōse.

¶ Et sexta synodo sic habetur. dis. i. ca.  
Iacobus frater domini secundū Iacobus  
carnem, cui primum credita est  
Hierosolymitana ecclesia, & Ba  
silius Cæsariensis episcopus, cu  
ius claritas per totum orbem re  
fusit in scripturis, addiderunt  
nobis missæ celebrationem.

¶ Sanctus Andreas ad procon  
sulem dixit, se quotidie offerre  
deo omnipotenti agnum imma  
culatum. Ita obseruant omnes  
latini, Græci, Chaldæi, etiam  
schismatici, hæretici, demptis  
nouis illis dogmatistis.

¶ Objiciunt hæretici.

i. Vna oblatione consumma Hebr. 10

X

## YFDE MISSAE

uit in sempiternū sanctificatos.

**Hebr. 7.** 2. Qui non habet necessitatē quotidie, quemadmodum sacerdos, primum pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim fecit semel, se ipsum offerendo.

**Hebr. 9.** 3. Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inueniens Et infra ta. Nunc autem semel in consecratione summatione sæculorum, ad substitutionē peccati per hostiam suam apparuit.

**Heb. 10** 4. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesum Christi semel.

**Mat. 26.** 5. Missa est testamentum, non sacrificium, hic est sanguis noui testamenti, referunt Matthæus,

**Mar. 14** & Marcus: Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine. Quomodo ergo potest fieri sacrificium ex testamento?

6. Missa est bene recordatiosa

# SACRIFICIO.<sup>¶ 15.</sup>

sacrificij & oblationis, ideo Christus nō dixit offerte, sed hoc facite in meā commemorationē.

*¶ Respondent catholici.*

¶ Textus apostoli expressos & De priori manifestos torquent hic haeres retici contra missam. Gemina si quidem est oblatio Christi, & utrāq; quidem realis & vera, quandoquidem in utrāq; Christus vere & realiter offertur & sacrificatur.

¶ Una qua semel corpus suum viuum & sanguinem deo patri obtulit in ara crucis pro salute generis humani, & totius mundi peccatis. Et de illa sentit Apostolus, ostendens excellentiam huius sacrificij, ultra legis sacrificia. De qua & Ephesij scribens ait. Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suavitatis.

1. Ioan. 2

Heb. 10

Ephes. 5.

## DE MISSÆ

L.u.22

**A**Et ob id hanc oblationem re  
præsentat sancta mater ecclesia  
quotannis duntaxat semel in pa  
rasceue, neq; fit eo die eucharis  
tiæ consecratio, verum sumis  
tur consecrata præcedenti die  
eucharistia, ne sine dominicę pas  
sionis fructu illo die maneat ec  
clesia. Altera vero oblatio sacra  
mentalis est, qua quotidie in ec  
clesia Christus offertur & sumi  
tur à sacerdotibus in sacrificio  
missæ sub sacramento, in com  
memorationem passionis, mor  
tis, & oblationis prioris in cru  
ce semel peractę. Ita q; sacerdos  
in persona ecclesiæ præsentat  
deo patri oblationē factam per  
filium in ara crucis, & oblatum  
ipsum, & illa est oblatio secun  
dum ordinem Melchisedech.  
Quamobrem & hæc oblatio re  
cte dicitur recordatiua, non qua  
si Christus non realiter & vera  
citer offeratur (vt volunt hære

# SACRIFICIO. ¶ 116.

tici) sed quia sub sacramento in  
uisibiliter & recordatiue in mes-  
moriā prioris oblationis, suo  
iussu, suacē institutiōe offertur.  
Hæc oblatio significatur per iu-  
ge sacrificium quo quotidie im-  
molabatur agnus, v̄nus mane,  
& alter vespere, secundum illud  
Numeri. 25.

**I**llam secundam oblationem  
faciunt sacerdotes iussu Christi.  
Hoc facite in meam commemo Luc. 22  
rationem. Nam hoc facere, non  
solum refertur ad sumptionem,  
sed etiam oblationē. Alioquin  
per illa verba nō dedisset eis po-  
testatem consecrandi: Christus  
semel oblationē perfecit in ara  
crucis: & effectus eius quotidie  
deriuatur ad nos. Hinc fit ut dū  
prima oblatio meriti fuerit infi-  
niti, secunda limitata est & finis-  
ta. Tertia est oblatio mere recor-  
datiua, quæ fit in die paræcœus.  
**Eusebius Emissenus, Quia**  
**X** 3

## YDE MISSÆ

dist. 2. c. corpus assumptū ablaturus erat  
quia cor ab oculis, et illatus syderibus,  
pus.      necesse erat, ut die coenæ sacra  
mentum nobis corporis & san  
guinis consecraret, ut coleretur  
iugiter per misterium, quod se  
mel offerebatur in preium &c.

**Illatio.**      Liqueret iam contra hæreticos  
missam non solum repræsentas  
re coenā dominicā, sed & passio  
nem, mortē et oblationē. Claret  
quoq; contra eosdē Eucharistiā  
non tantum esse sacramentum  
(id quod ipsi contendunt) sed si  
mul esse & sacramentum & sa  
crificium, Sacramentum quidē  
quatenus repræsentat & sumi  
tur. Sacrificium vero quatenus  
offertur & sacrificatur deo. Hac  
quoque ratione, missa in qua  
hæc peraguntur sacrificium di  
citur & est.

**De. 2.3**      Similiter dicatur ad quatuor  
Chrys.      lequentia, loquuntur enim de  
prima oblatiōe, liquet ex Chry

fōstomō, dicente de hostia Christi. Et quia semel oblata est illa, oblata est in sancta sanctorum, hoc autem sacrificium exemplar est illius, idipsum semper offerimus, nec nunc quidem aliū agnum, crastina alium, sed semper idipsum, proinde vnum est hoc sacrificium, infra. Sicut enim qui vbiq; offertur vnum est corpus, non multa corpora, ita etiam & vnum sacrificium, pontifex autem noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit, ipsam offerimus & nūc quæ tunc oblata quidem, consumi nō potest. Hoc autē quod nos facimus, in commemorationem quidem sit cius quod factū est. Ecce quomodo quotidiē offerimus vñam oblationē, quæ semel oblata est, licet modus offerendi, per recordationem & repræsentationem, longe differeat à prima reali oblatione.

# ¶ DE MISSÆ

- Dc quic.** ¶ Missam esse testamētum proprie dicere non possumus, quia & corpus Christi ibi consecratur, & tamen non dicitur nouū testamentum. Igitur de sanguine quod dixit esse nouum testamentum, intelligatur confirmatio, ut sicut Moyses vetus testamentum confirmatur accepit sanguinem vitulorum & hircorum &c. & aspersit omnem populum dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos deus: ita Christus sanguine proprio confirmauit testamentum nouum & introiuit in sancta sanctorum: Porro multa sunt noui testamenti quæ non pertinent ad missam, vt baptismus, clavis fæderalis. Præterea non sequitur quia missa est testamentum, Ideo non est sacrificium, vt pro sequitur rex Angliæ. Et testame  
**Hebr. 9** tum secundum Apostolum, ias uoluit mortem testatoris, &

## SACRIFICIO. 118.

missa est testamentum, tunc ins  
uoluit mortem testatoris & ita  
oblationem.

Missa est recordatio passio-  
nis Christi, non nude, sicut aliis De sext.  
quis laicus simpliciter commu-  
nicat, sed est huiusmodi memo-  
ria, qd ibi est actio repræsentas-  
tiua totius passionis, & hoc dis-  
xit Christus facite. Non solum  
dixit Sumite, sed facite, hoc est  
(coniunctis prioribus & sequē-  
tibus) consecrate, offerte, sumi-  
te. Ideo ea pars missæ actio dici-  
tur. Sicut igitur iuge fuit sacri-  
ficium in veteri testamento, ita  
fit iuge sacrificium in lege gratiæ  
Christus Iesus salvator noster,  
nisi dum Antichristus aduenes-  
rit, tunc cessabit ad tempus:

vide libros nostros

tres de sacrificio

missæ ad regē

Poloniæ.

Luc. 22.

# ¶ DE VOTIS.

## XVIII.

Vota esse reddenda scriptura  
docet, natura dictat, &  
honestas imperat.

Gen. 28.

Deut. 23

¶ Acob voulit dñō in Bethel.  
Cum votum voueris do  
mino deo tuo, non tarderis  
reddere, quia requiret illud dos  
minus deus tuus, & si moratus  
fueris, reputabitur tibi in peccas  
tum, si nolueris polliceri absq;  
peccato eris. Quod autē semel  
egressum est de labijs tuis obser  
uabis, & facies sicut promisisti  
domino deo tuo, & propria vo  
luntate & ore tuo loquutus es.

Leui. 27

¶ Animal quod immolari pos  
test, si quis vouerit, sanctū erit  
& mutari non poterit, nec meli  
us malo, nec peius bono. Om  
ne quod domino consecratur,  
sive homo fuerit sive animal, sis  
ucager, non veniet, nec redimi  
poterit. Quicquid semel fuerit

**¶ DE VOTIS. ¶ 119.**

consecratum, sanctum sanctos  
rum erit domino.

**¶** *Ista est lex Nazarci, cum vo  
uerit oblationem suam dño tem  
pore consecrationis suæ, & ab  
initio. Vir siue mulier cum fece Num. 6.  
rint votū vt sanctificantur, &  
se voluerint domino consecra  
re, à vino & omni quod inebri  
are potest, abstinebunt, infra:  
Vias recentes siccascq; non co  
medent &c. Nouacula non as  
cendat super caput eius.*

**¶** *Quādo votū mulieris obli  
get, dñs decreuit in Numeris.*

**¶** *Vouete & reddite domino Psal. 75  
vestro, omnes qui in circuitu es  
ius offertis munera.*

**¶** *Vota mea reddam in conspe  
ctu omnium.*

**¶** *Tibi reddam vota mea quæ Psal. 65.  
distinxerunt, &c.*

Sapiēs ait: *Vota iustorū placabi Prou. 15  
Si qd vōuisti deo, ne more lia. Eccle. 5.  
ris reddere, displiceret enim ei*

## ¶ DE VOTIS

infidelis & stulta promissio, sed quodcunq; voveris reddere, multoq; melius est non vouere, quā post votū pmissa non reddere.

**Esaic. 19** ¶ Esaias ait. In die illa s. Euangeliū, colent eum hostijs & miseribus, & vota vovebunt dominō & soluent, & placabitur ille & sanabit eos.

**Mala. 1** ¶ Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile domino. Quia rex magnus ego, dicit dominus.

**t. Tim. 5** ¶ Adolescentiores viduas deuita, cū enim luxuriatē fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Si viduae iuniores damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerūt, quid tunc de Monachis fratribus & Nonnis nostris Lutheranis, sacrilegis, fornicatoribus & adulteris?

# DE VOTIS. C. 20.

S. Marcus in Alexandria cre  
xit Semmon. i. monasteria, teste  
Eusebio & Philemone.

¶ Rechabitę dixerunt. Non bi  
bemus vinum, quia Ionadab fi  
lius Rechab pater noster præce  
pit nobis dicens: Non bibetis  
vinum vos & filij vestri usque  
in sempiternum, & domum nō  
ædificabitis, & sementem non  
seretis, & vineas non plantabi  
tis nec habebitis, sed in taberna  
culis habitabitis cunctis diebus  
vestris &c. & commendantur  
ibi à domino.

Hiere. 35

## Secundum Axioma.

¶ Et vota perpetua esse melio  
ra, propter persecuerantiam.

¶ Confido in hoc ipsum, quia Philip. i  
qui cœpit opus bonum in vo  
bis perficiet usque in diem Iesu  
Christi: ubi est fides Lutheri q  
omnia potest.

Oia possum i eo q me cōfortat. Ibid. 4.

## ÆTDE VOTIS.

**Esa. 56.** *H*ec dicit dominus eunuchiis,  
qui custodierint sabbata mea, et  
elegerint quæ ego volui, & res-  
nuerint foedus meum, dabo eis  
in domo mea & in muris meis  
locum, & nomen melius à filijs  
& filiabus, nomen sempiternū  
dabo eis, quod non peribit: ecce  
plus meremur ex voto.

**Mat. 19** *S*unt eunuchi qui se ipsos ca-  
strarunt propter regnum cœlo-  
rum, qui potest capere capiat.

**1. Cor. 7** *D*ico autem non nuptis & vi-  
duis, bonum est illis si sic permā-  
serint sicut & ego, quod si se nō  
continent nubant, infra. De vir-  
ginibus præceptum domini nō  
habeo, consilium autem do, tan-  
quam misericordiam consecu-  
tus à domino, ut sim fidelis.

Constat iure diuino licitum esse  
vouere, & præceptū ex eis de cō-  
tinēdo, de nō bibēdo vinū &c.

**1. cor. 10** *F*idelis est deus, qui non patie-  
tur vos tentari, supra id & post

## A DE VOTIS. L 121.

stis: sed faciet etiā cū tentatione prouentū vt possitis sustinere.

¶ Paulus Teclam in Iconio.

Clemens Domicillam Romæ.

¶ Mathæus Iphigeniā cū mulatris virginibus consecrauit, & Faustus fatetur, filię Philippi seruauerunt virginitatem.

¶ Dionysii. in epistola ad Caesum meminit claustralium, & appellat eos cultores & cultrices, therapeutas, similiter Ignatius in episto. ad Tarsen. firmat.

¶ Tertullianus tempore martyris scripsit de veladis virginib.

### ¶ Obijeiunt hæretici.

1. Christus donauit nobis libertatem, vota redigunt in servitutem.

2. Christus voluit consilia es felibera, & votarij faciunt illa præcepta.

3. Sunt adinuentiones humanae, & addunt ad scripturā Deū.

## ALDE VOTIS.

terono. 12. Non addas ad verbum quod locutus sum, nec minuas. Apoca. 22. Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illum plagas scriptas in hoc libro.

4. Vota non renouant internum hominem, sed solum exteriora opera, quæ magis hypocritas faciunt quam sanctos, ideo dixit Paulus. Exerce te ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia valet.

5. Porro opera illa externa extinguunt fidem, enervant spem, cum illis fuditur, plusque misericordia dei.

6. Votarij traditiones suas pluris ducunt quam mandata dei.

Luc. 11. Luc. 11. Vt vobis scribere & pharisaei, qui decimatis mentam & rutam & quoduis olus, & pretritis iudicium & charitatem dei.  
7. Baptismo fidelis est astricte regus

## ¶ DE VOTIS. ¶ 122.

regulam euangelicam, præsum  
ptuosum est se velle ad maiore  
regulam coartare, cum omni  
conatu nō possit plus præstare.

## ¶ Respondet uotarius Chri stianus.

¶ Vota bene redigunt in seruiſ De pri  
tutem Christi, at hæc seruitus  
est summa libertas, Vnde Apo  
sto. liberati à peccato serui fa  
cti estis iusticiæ, & deo. Imo ser  
uire deo est regnare cum ipso.

Vnde obligatio ad voti redditi  
onē in nullo repugnat libertati  
chriiane, eoque sicut obligatio ad 2. Pet. 2  
p̄ceptorū adimplectionē, & sicut  
p̄ceptorū trāsgressio, ita & vos  
torum non obseruantia, deīcit  
in seruitutem peccati. Vnde Lu  
therani votorum suorum trans  
gressores serui sunt corruptio  
nis turpissimi.

¶ Consilia sunt libera in com  
muni, sed accedente promissio  
nē

¶ Y

## Y DE VOTIS.

Co.de ne fiunt obligatoria, de homini pactis. I. bus ait prætor pactum seruabo, pacta. cur deo pacta non seruaremus? Ideo deus non præcipit vota fieri, sed vota reddi.

Vt enim matrimonii ante contractū liberū est, ubi autem contractū fuerit firmū & indis solubile est, adeoq; necessarium, vt circa grande piaculū (extra

Mat. 19. seruatoris casum) diuortium cogitari non possit. Ita & de voto vnde Innocentius papa 3. Licet vniuersis sit liberum arbitrium in vouendo, usque adeo tamen solutio necessaria est post votum, vt sine proprię salutis dispendio, alicui nō liceat resilire, vnde saluator. Nemo mittens manum suam ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno

Lu. 9. 17 dei. Et memores estote vxoris

Gen. 19. Loth, quæ retro respiciens, con

Mat. 19 uersa est in statuam salis. Qui

&. 24. autem persecuerit usque in

# DE VOTIS. 123.

finem, hic saluus erit: Et apostolus. Tantum quitenet nunc, testeat, donec de medio fiat, id est, usque ad mortem. Ruina eorum est homini deuotare sanctos, & post vota retractare. Reddite igitur o votarij, quae sunt dei, (hoc est vota vestra) deo, ut salvi fieri mereamini.

¶ Et si regulæ monachorum & De fratribus ab hominibus sint contio. ditæ, fluunt tamen & fundantur in sacris literis, nam in his nihil aliud habetur, quam saluberrima monita euangelij, & compendiarij illius viæ. Quomodo nihil debeat addi sacris literis, fuit dictum obiectio 2. loco. 13

¶ Opera externa à regulis dictata non renouant hominem totum, internum, tamen adiuuant spiritum, ne nimium corpus aegrauet animam. Quæ si fiant solum ut videantur ab homini hypocritica sunt, si ad gloriam

Y 2

## ¶ DE VOTIS.

dei, laudabilia. Apostolus non vult nihil esse exercitationē corpoream, sed modicam esse si ad pietatēm conferatur.

Dequit. ¶ Adeo externa opera non cōsigunt fidem, ut illis maxime

Iaco. 2 nutriatur, quia fides sine operibus mortua est. At si quis in operibus præsumeret, iam ille merito reus esset. Si feceritis omnia

Luc. 17 quæ præcepta sunt vobis, dicist te quia servi inutiles sumus.

De sext. ¶ Qui negligunt præcepta dei male faciunt, siue sint religiosi, siue laici.

De sept. ¶ Ut cōmodius religiosi perficiant præcepta euangelica, & quod in baptismo promiserūt, ideo vount regulas tanquam promouentia, ut expedite deo seruiant.

¶ Copiose de votis scripsit Schatzgerus: uide Dietenbergi um, ac nostras cōclusiones. 160 de votis, & Chri. ho. 56. su. mat.

qui tres libros scripsit in defensione Monastices. Varietatem Apedix tium, ceremoniarum, abstinentiarum Tilmanni tiarum, exercitiorum, habituum, & id genus aliorum, in diuersis ordinibus religionis statui perfectio iue nihil obſistere, ex Christo ſeruatore ſuo & baptista Iosanne & utriusque diſcipulis liquido conſtat. Hic enim habebat Mat. 5. veftem de pilis camelorum, eſca & Luc. 1. que eius erant locuſtæ & mel ſiluſtre, vinum & ſiceram non bibit. Ille vero vefe, cibo, potuſque ucebatur communibꝫ, vnde ait: Venit Ioannes non manducans neq; bibens, & dicunt dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax et potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Atqui ut tunc inuidi Iudei de utroque temerarie peruerſeq; iudicabant, ita & modo impij hæretici de religioſ

## DE VOTIS.

sis. At coherceant corrigatque  
linguam maledicam, blaterates  
eorum vota diabolica figmen-  
ta, nisi forte excusatibus excusatio-  
res Iudeis malint dicere Chrm,  
non ut illi hominē voracem, vi-  
ni potatorcm, & habere dæmo-  
nium, quum magis ipsissimum  
diabolum, eiusq; euangeliū non  
diuinam sed diabolicā asserere  
doctrinā, qđ quā aperte ex hac  
eorum h̄eresi sequatur, patet sic  
ratiocinādo. Vota religiosorū  
sunt figmenta diabolica. At  
Christus h̄ec consuluit in euan-  
gelio, ergo Christus est diabol-  
lus, eiusq; euangelium diabolis-  
cum, maior est h̄ereticorum, mi-  
nor Christi & Pauli, ut patet ex  
supra dictis. Conclusio sequit  
ur sylogistice ex præmissis. Ec-  
ce in quātā incidit blasphemia  
blasphemi h̄eretici. Sed telum  
hoc in eos retorquendo, subsus-  
matur sub mox illata conclusio

## ¶ DE VOTIS. ¶ 125.

ne profilogisando hoc pacto.  
Christū aut dicere diabolū, dia-  
bolicūq; eius euangeliū, impiū  
est, hereticū & blasphemū, imo  
nihil magis impiū hereticū aut  
blasphemū. Sunt proinde dicētes  
vota monastica diabolica, im-  
piissimi heretici atq; diabolicissi-  
mi blasphemi. Religiosi vero  
votarij reddentes vota sua dos-  
mino, pīj catholici veriq; euans-  
gelici christiani, eorumq; vota  
pia, euangelica & vere Christia-  
na. Tantum abest, ut dicantur  
impia & diabolica figmenta.

## ¶ DE COELIBATVCLE rīcorum. XIX.

**C**Vm in superiori puncto  
Christus laudauerit se ca-  
strantes propter regnum Mat. 19.  
dei, & Paulus virgines sequi- 1.cor. 7  
tur improbantes cœlibatum,  
Christū & Paulum conculcare.

# ¶ DE CELIBATV

**Leui. 21.** Scortum & vile prostibulum  
non ducet sacerdos vxorem,  
nec eam quæ repudiata est à ma-  
rito, quia cōsecratus est deo suo  
& panes propositionis offert, sit  
ergo sanctus, quia & ego sanctus  
sum dominus q̄ sanctifico vos.  
Et hodie offerentibus panē vi-  
uum, qui de cœlo descendit, Lu-  
ther permittit cōcubinas et scor-  
ta ducere.

**Ibidem.** ¶ De summo sacerdote, virgi-  
nem ducet vxorem, viduam au-  
tem & repudiatam & sordidam  
atq; meretricem non accipiet.

**Eze. 44.** ¶ Et viduam & repudiatā nō  
accipient uxores, sed virgines,  
de semine domus Isracl. Sed &  
viduam quæ fuerit vidua à sa-  
cerdote, accipient.

¶ Deus Moysi non præcep-  
rat in præparando ad receptio-  
nem legis, ne appropinquarent  
vxoribus suis, & tamen Moy-

**Exo. 19.** sed inhibuit eis dicens. Estote p̄  
rati in

# ¶ CLERICORVM § 26.

rati in diem tertium, & ne aps  
propinquatis vxorib. vestris.

¶ Dixit Abimelech ad Dauid. 1.Re.21.  
Non habeo laicos panes ad ma  
num, sed tantum panem san  
ctum, Si mundi sunt pueri, ma  
xime à mulieribus, manducent.

¶ Volo autem vos sine solici  
tudine esse, qui sine vxore est, fo  
licitus est quæ domini sunt, quo  
modo placeat deo, qui autem cum  
vxore est, solicitus est quæ sunt,  
mūdi, quō placeat vxori, & dis  
uisus est, & mulier innupta, &  
virgo, cogitat q̄ domini sunt,  
vt sit sancta corpore & spiritu.

¶ Paulus monet cōiugatos, vt  
aliquanto tempore abstineant  
ab vſu coniugali, vt commos  
dius vacent orationi, at sacerdo  
tes perpetuo debent astare alta  
ribus, perpetuo itaq; abstincant  
à coniugio.

¶ Si quis post baptisma secun  
dis nuptijs fuerit copulatus, aut stolo. 17

Z

## ¶ DE COELIBATV.

concubinam habuerit , non potest esse nec episcopus , nec presbyter , aut diaconus , aut prorsus ex numero eorum , qui ministerio sacro deseruiunt.

Cōciliū  
Cartha.

¶ Placet vt episcopi , presbyteri , & diaconi , vel qui sacramēta contrectant , pudicitię custodes , ab vxoribus se abstineant . In ti. 3. dicitur , vt quod apostoli docuerunt , & ipsa scrūauit antiqitas , nos q̄q; custodiamus .

Cesariē.

¶ Presbyter , qui vxorem duxerit , ab ordine suo illum deponi debere statuimus , quod si fornicarius fuerit , vel adulterium commiserit , extra ecclesiam abscondiatur , & pœnitentiam agat . Presbyter si vxorem duxerit , ab ordine deponatur .

Hieron.

¶ Hieronymus contra Vigilantium , inuehitur contra episcopos qui non ordinabant diaconos , nisi prius duxissent uxores , nulli coelibī credentes pudi-

# CLERICORVM. p<sup>o</sup> 127.

citiā. Imō ostēdētes q̄ sancte vis  
uant, q̄ male de omnib. suspicen  
tur, & nisi repugnantes vxores  
viderint &c. Ch̄ri sacramenta  
nō tribuūt. Quid faciēt oriētis  
ecclesiæ? Quid Aegypti et sedis  
apostolice? q̄ aut virginēs cleris  
cos accipiūt, aut cōtinētes, aut si  
vxores habuerit, mariti eē desī

¶ Calixtus papa statuit (nunt. **Calixt.**  
ante mille trecētos annos, presb  
byteris, diaconis, & subdiacos  
nis & monachis, concubinas  
habere, seu matrimonia contra  
herc, penitus interdicimus.

¶ Augustinus: Sed forte dicas **Aug.** in  
tur, si licet & bonum est nubere, q. no. &  
cur sacerdotib. nō licet vxores **Vet. test.**  
habere? Chryſ. homil. 21. parte **q. vlt. ad**  
**4. ad Theodorum Monachum,** **Philip.**  
improbat votariorum matrī  
monia. Policarpus, virgines in  
casta cōscientia ambulate. Ergo **Policar.**  
tūc erant perseuerātes in virgī  
nitate, sicut Mathē. Iphigeniam

Z 2

## ¶ DE CELIBATV.

consecrauit. Origenes homil. 23  
super Numeri. Videtur mihi  
quod illius solius est offerre sa-  
crificium indeſinens, qui indeſis-  
nenter & perpetuę ſe deuouerit  
caſtitati.

## ¶ Objiciunt haeretici.

1. Sacerdotes veteris legis ha-  
bebant vxores.

2. Græci in hunc diem, & Ca-  
labri habent vxores.

Gen. 2 3. Crecite & multiplicamini.

1. Tim. 4 4. Paulus prædixit venturos  
attendentes spiritibus erroris, qui  
prohibent nubere.

Ad tit. 5 5. Præcepit Tito vt deligat  
vnius vxoris virum episcopū.

6. Caſtitas est libera, traditio-  
nes faciunt necessariam.

1. cor. 7 7. Melius est nubere quā vni.  
8. Votum de virginitate eſt  
ſtultum, quia imposſibile, & pa-  
pa humanis traditionibus vult  
mortificare carnem, vbi debes

ret recurri ad gratiam dei.

9. Si acceperis vxorem non peccasti.

In his est radix eorum quæ Jonas ille impurus contra Fabrū nostrum effutiuit.

Respondet Christianus.

Primum diluit Ambrosius super epistolas ad Timot. Vesteribus idcirco hoc concessum est Leuitis & sacerdotibus uxores ad usum habere, quia multum tempus otio vacabant à ministerio & sacerdotio: multis tuto enim erat sacerdotum, & unusquisque certo tempore seruiebat secundum institutum David, qui 24. classes constituit saz 1. par. 21 sacerdotum, infra. Nunc autem omnes à conuentu foeminæ abstinere debent, quia necesse est eos quotidie in ecclesia praestos esse, nec habere dilationem. Et quia soli de tribu Leui ministrar-

# DE COELIBATV

bant, ideo ut conservarentur per propagationem non poterant seruare perpetuam castitatem, alioqui defecissent ministri templi. Porro aliquot diebus abstinebant sacrificaturi in veteritate stamento. Et factum est, ut impletentur dies officij eius, abiit in domum suam. Et sacerdotes veteris testamenti tractabant panes positionis, carnes hircorum, bovinum agnorum &c. nostri sacerdotes, corpus & sanguinem Christi tractant.

Luc. i.

**D**e secū. Græci habent uxores, at nullus sacerdos apud Græcos dicit uxorem, sed bene qui duxit uxorem virginem ordinatur in sacerdotem. Quod si uxor moriatur, remanebit viduus. Coniugatus itaque efficitur sacerdos, sed sacerdos nunquam efficitur coniugatus. Vnde à morte Salvatoris nō est auditū, sacerdotem duxisse uxore, nisi quia iam temē

re attentat audaculi Lutherani.

¶ Precepit hoc deus quādo erat De ter.  
replēda terra, at modo cōlum,  
tunc erant pauci prolificantes,  
iam innumeri. Vnde lex illa nō  
est de permanentibus, quo ad  
singulos de multitudine, alios  
quin Ioannes baptista peccas-  
set, qui virgo permanxit, peccas-  
set Maria, quę virginitatem pro-  
posuit, peccasset Paulus, qui cō-  
fuluisset virginitatem. Christus  
non laudasset eunuchos.

¶ Vnde præceptum illud eti-  
am cōfirmatū à saluatore Mat.  
19. Quod deus coniunxit hos-  
mo non separet, datum est toti  
multitudini hominum, non aus-  
tem cuilibet de multitudine: sis-  
cut etiam præceptum de agricul-  
tura. Non enim oportet singu-  
los hoīes, aliquos tamen necessi-  
se est esse agricultores. Ita etiam nō  
oportet omnes & singulos hos-  
mīnes vacare generationi,

## ¶ DE COELIBATV

necessē tamen est aliquos homīnum propagationi operam dasse. Ita est de multis alijs, necessarijs quidem toti communitati. Non tamen oportet illam per omnes & singulos fieri, sed sufficit quod per aliquos fiant.

**D**e quarto. ¶ Ecclesia non prohibet nuptias, sed quando aliqui sunt voto alligati, prohibet votum violari, nam ante votum liberū erat nubere, sicut coniugatus est prohibitus contrahere, sic ecclesia non vult vouentem tradere potestatē sui corporis alteri, quod tradidit Christo. Tales autem hæretici, quos prædictit Paulus, fuerunt Marcion & Mantes & Tacianus, qui damnauerunt nuptias.

**D**e quinto. ¶ Paulus non præcipit episcopum esse coniugatum, alioquin nec ipse, nec Titus fuissent episcopi, sed noluit episcopum esse bigamum, ita Hieronymus & alijs. Hinc digamū non admittit

# ¶ CLERICORVM.

ecclesia hic edocta à Paulo. Et ita hic modum descripsit Pauslus, intra quē se contineat episcopus, ne ducat secundā uxorē.

¶ Vnde quamvis is qui multas habuerit concubinas, ordinatur in sacerdotem vel episcopū, non tamen qui plures legitimas habuit uxores. Cuius ratio est, quia hæc institutio est non proper representationem sacramenti. Sponsus enim ecclesiæ (quæ sacerdos repræsentat) est Christus, & una est ecclesia. Cantico rum. 5. Una est columba mea. Et ideo bigamum ecclesia non admittit. Hęc Augu, in sen. li. de bono coniugali.

¶ Castitas est libera, sed præcepta videnti, nec tamen repugnat libertati spiritus, sed promouet, nam etiam deus libere producit spiritum sanctū & necessario.

¶ Melius est nubere quam viri, De sept.  
Z 5

## ¶ DE COELIBATV

sed bonum est homini mulierē  
non tangere. Non vult Apo-  
stolus illum viri, qui à carne ten-  
tatur, sed ille vritur, qui à cons-  
cupiscentiæ flammis superatur,  
huic melius esset nubere, quam  
perpetuo in sordibus voluntari,  
dic contrarium, & Paulum fa-  
cies nubentem, quia patiebatur  
stimulum. Fateor difficile esse

**Mat. 11.** continere, at regnum cœlorum  
vīm patitur, & violenti rapiunt  
illud. Tentamur omnes à carne,

**1. cor. 10** at fidelis est deus, qui nō patitur  
nos tetari supra id quod possus-  
mus, sed facit cū temptatione pro-  
uētum, ut possimus sustinere.

**De octa.** Dicis votum illud esse impos-  
sibile. Si respicis ad naturam, eti-  
am multa alia sunt impossibilia  
nobis, si respicis gratiam dei ad  
iutricem, nihil est impossibile,  
quia possunt capere, quibus  
hoc datum est. Ideo sapiens ait:

**Sapiē. 8.** Scio, quoniam aliter non pos-

## ¶ CLERICORVM. 151.

sum esse continēs, nisi deus det,  
& hoc ipsum erat sapientia, scis  
re cuius esset hoc donum. Nos  
uum genus vincēdi tentationes  
carnis, adfert nobis hæreticus  
ut s. desiderijs carnis obediā-  
mus, contra totam scripturam.

¶ Respondet Hiero. Paulū non De no.  
loqui de virgine quæ se semel  
dēi cultūi dedicauit, sed de caq  
est libera, li. i. contra Iouinianū.

## ¶ DE CARDINALI- bus & Legatis Sedis apo- stolicæ. XX.

¶ Christus associauit sibi. 12 Mat. 10  
apostolos. 72. discipulos,  
illos mittebat ubi opus  
erat.

¶ Et fecit ut essent 12. cum illo, Mar. 6  
& ut mitteret eos prædicare.

¶ Post hæc designauit dñs & Luc. 10  
alios. 72. & misit illos binos

# DE CARDINA. ET LEG

**Bernar.** ante faciem suam in omnem civitatem. Sic papa sibi adhibet assistentes Cardinales, & forte prius in re discipuli fuerunt Cardinales, quam apostoli. Bernardus ad Eugenium, hi quoque tibi continuo assistunt, seniores populi, orbis iudiccs, collaterales, coadiutores.

**Isidorus** Isidorus testatur. s. Petru in vrbe Roma delegisse sibi assistentes sacerdotes & diaconos. In sui enim adiutorium assumpsit Linum, Cletum & Clemencem. Linus crescente ecclesia, presbyteros. 10. & episcopos. 11 consecravit, sic Cletus, sic Clemens, sic Anacletus fecerunt.

**Euarist.** Euaristus primus titulos. i.ecclesias cum pleibus, in vrbe Roma presbyteris diuisit, septem diaconos instituit, qui Romanum pontificem obseruarent. Marcellus aucto iam numero titulos 5. & 20. in vrbe constituit, vi

# SEDIS APOSTOLICÆ, 152.

baptismo & sepulturæ op̄ortus  
ne prospicerent. In primitiua ec-  
clesia non dicebantur nisi presb̄  
byteri & diaconi vrbis Romæ,  
tamē postea inditum fuit eis no-  
men Cardinalium, vt aliquæ hi-  
storiæ volunt sub Pontiano pa-  
pa, aliquæ sub Marcello, aliquæ  
sub Siluestro, aliquæ adhuc recē-  
tius nomen existimant. Hinc so-  
lent beatum Hieronymū presb̄ Hiero-  
byterum vrbis Romæ appellare,  
non Cardinalem: licet Dona-  
tio Constantini indicet antiqui-  
us fuisse Cardinalium nomen,  
tamen reñci nō potest, quin Ste Dist. 78.  
phanus papa nomine illo vsus ca. ̄opor-  
fit, quando constituit nullum tebat.  
eligi pontificem, nisi ex Cardi-  
nalibus. Inuenio autem tempore  
Symachi papæ & Gregorij  
secundi. 64. fuisse titulos in vrs-  
be Roma, puta Laurentij, Ceciliæ,  
Sixti, Marcelli, Susannæ,  
Anastasiæ, Mariæ trans Tyberem

## DE CARDINA. ET LEG.

rim. Ioannis & Pauli &c. Ad concilium Nicænum Silvester misit Osium Cordubensem episcopum, Victorem & Vincentium presbyteros urbis Romæ. Ad Africanū concilium in quo fuit Augustinus, misit Zozimus papa Faustinum episcopum, Potentianum, Philippū & Asellum, presbyteros urbis Romæ. In causa appellationis super depōne episcopi decrevit concilium Nicænum, papam committere causam episcopis

Legati à vicinis, aut è latere suo presbyterum mittat. Ecce legatos à latere tempore concilij Nicæni,

ante. M.cc. annos. Silvester misit ad conciliū Arelatense Claudiū & Habitum presbyteros, Eugenium & Quinatum, diaconos ecclesiæ Romanæ.

Apoc<sup>s</sup> hrisarij. Tempore martyrum solebat legatos appellare apochrissios, sicut sanctus Fabianus p<sup>r</sup>

pa & sanctus Zepherinus misse  
runt apochrisarios suos in oris  
entem. Leo papa misit ad conci  
lium Calcedonense Paschafium  
& Lucensem episcopos, & Bo  
nifacium presbyterum Roma  
næ ecclesiæ: Sub Agatone pa  
pa legati ad e. synodum fue  
runt Theodorus & Gregorius  
presbyteri, Ioannes diaconus.  
In septima synodo legati fue  
runt Petrus, Petrus presbyteri,  
& abbas monasterij sanctæ Sa  
binæ. In octaua synodo missi  
sunt Donatus Hostiensis, Ste  
phanus Ephesinus episcopi,  
Marinus diaconus ecclesiæ Ro  
manæ, & Anastasius famosissi  
mus bybliothecarius. Missi fue  
rant à Leone ad secundam sy  
nodum Ephesinam, Iulius epis  
copus. Hilarius diaconus &  
Dulcitus protonotarius, lis  
cet nō voluerūt adire synodūt,  
intelligentes dolos Dioscori.

## ¶DE EX COMMUNI

In Sardicensi cōcilio missus  
fuit Osius Cordubensis ( idem  
qui in concilio Nicēno ) cū For  
tunatiano Aquileiensi & Vin  
centio de Capua. In concilio  
Franckfordensi ad Menum, le  
gati sedis apostolicæ præsidens  
tes, fucrunt Theophylactus &  
Stephanus episcopi, quādo hæ  
resis Feliciana fuit dānata , quæ  
vsum imaginū in ecclesia pros  
hibebat. Fuisus ista reperies in  
libro nostro de primatu Petri  
libro.5.capite 19.

## ¶DE EX COMMUNI

cationibus.

XXI.

Matt. 18  
**P**otestatem excommunicā  
di instituit Christus, los  
quens de fraterna correcti  
one, post alia inquit, Dic eccles  
ię. Si autem ecclesiam non aus  
dierit

## ¶CATIONIBVS. ¶134.

dierit, sic tibi sicut æthnicus & publicanus.

¶Patet hic manifeſte excommunicationem fieri authoritas te Christi, maxime ex his quæ ſubiungit dicens, Amen dico vobis quæcunq; alligaueritis super terram ( glos.i. vinculo anathematis ) erunt ligata & in Cluryſ. cœlo. Vbi dicit Chryſt. Vis de qualiter duplicitur colligas uit necessitanibus, & poena q; hic eſt, ſcilicet proiectione ab ecclēſia. Sit tibi ſicut æthnicus & publicanus, & supplicio futuro, quod eſt eſſe ligatum in cœlo.

¶Augustinus super Ioan. Niſ hil debet formidare Christianus, quām separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non eſt membrū eius, Si non eſt membrum eius, nō vegetatur ſpiritu eius. Quis quis autem, inquit apostolus, Rom. 8 ſpiritu dei nō habet, hic nō ē ei⁹.

Aug. ha  
bitur. 18  
q. 4. ca.  
Nihil.

a

## YDE EXCOMMVNIS

Hier. ha Hieronymus. Quorum re<sup>b</sup>  
bet ibi. miseritis peccata &c. retenta  
erunt, id est quibus interdixes  
ritis ecclesiam, nisi reconciliati  
per satisfactionē fuerint, & ipsi  
ianua regni cœlestis clausa erit.

1. Cor. 5 ¶ Ego quidē absens corpore,  
præsens autem spiritu, iam in  
dicaui vt præsens, eum qui sic  
operatorus est, in nomine domi  
ni Iesu Christi, congregatis vo  
bis & meo spiritu, cum virtute  
domini Iesu, tradere huiusmo<sup>d</sup>  
di Satanæ in interitum car  
nis, vt spiritus saluus sit in die  
domini nostri Iesu Christi.

D. 5. 4. ¶ Vbi scito q̄ in primitiua ec<sup>t</sup>  
dis. 1 s. q. clesia quando oportebat per si  
1. a. 1. q. gna homines ad fidem inuita  
2. 3. re, sicut spiritus sancti donū, vi  
sibili signo manifestabatur,  
ita & excommunicatio corpo  
rali vexatione à diabolo inno  
tescebat. Augustinus de ver  
bis apostoli sermo. 68. Omnis

# QUESTIONIBVS.

: Christianus dilectissimi, qui à sa Aug. ha  
cerdotibus excommunicatur bēf. 11. q  
Satanæ traditur. Quomodo: 3.c. om̄is  
quia scilicet extra ecclesiam dia Ch̄riāt.  
bolus est, sicut in ecclesia Ch̄ris  
tus, ac per hoc quasi diabolo  
traditur qui ab ecclesiastica cō  
munione remouetur. Vnde  
illos quos tunc apostolus satan  
æ esse traditos prædicat ex  
cōmūicatos à se esse demōstrat.

**V**ide quam mala sit excom  
municatio, q̄ in parafœue eccl  
esia pro Iudæis & paganiſ orat,  
sed non pro excommunicatis.

**Q**uidā circa ijdē naufragauit 1.Tim. 1  
runt, ex quibus est Hymeneus  
& Alexan. quos tradidi fatanę,  
vt discant non blasphemare.

**H**ui⁹ potestatis meminit Pau 1.Cor. 4  
lus. In virga veniā ad vos: an  
in charitate & spi. māsuetudis?

**I**deo hic absens scribo, vt nō 2.cor. 15  
pr̄fens durius agam, secundum  
potestatem; q̄ dñs dedit mihi in

# YDE EXCOMMVNIS

ædificationem & non in destru  
ctionem.

1.cor.16 **¶** Si quis non amat dominum  
nostrum Iesum Christum, sit  
anathema maranatha.i.in ad  
uentu domini.

2.Thes.3 **¶** Quod si quis non obedierit  
verbo nostro per epistolā hunc  
notate, & non commisceamini  
cum illo ut confundatur. Pe  
trus Ananiam & Saphirā pro  
defraudatione præcij agri non  
solum excommunicauit, sed sen  
tēria mortis damnauit. Ex quo  
patet, q̄ ecclesiæ licet pro tem  
poralibus damnis excommuni  
care.

Aug. q.  
39.super  
deute. **¶** Augustinus in quæstionis  
bus ve. testa. Hoc iam in eccles  
ia dei agit excommunicatio,  
quod in veteri lege fuisse legis  
tur interfactio.

Orige. Non solum per apō  
stolos suos deus tradidit delin  
quentes in manus inimicorum,

## SCATIONIBVS. 136.

sed & per eos, qui ecclesię praeſi Iudicūm  
dent, & potestatē habent non homil. 2  
ſolum ſoluendi, ſed & ligandi,  
tradunt peccatores in interitum  
carnis, cum pro delictis ſuis à  
corpoſe Christi ſeparantur, pro  
ſequitur poſtea, quomodo hoſ  
mines dupliciter traduntur in  
potestatē zabuli.

Ambro. super Psal. 118. 107 Serm. 8.  
quens de excommunicatione  
ſubdit. Recte ergo & ſacerdos  
vulnus, ne latius ferpat, à toto  
corpoſe ecclesiæ, quaſi bonus  
medicus, debet abſcindere, &  
prodere virus criminis quod  
latet.

Si quis venit ad vos, & hanc 2. Ioan.  
doctrinam nō affert, ne recipia c. vniſo  
tis eum in domum, nec aue ei di  
xeritis, qui enim dicit illi aue, cō  
municat operib. eius malignis.  
Scripsi vobis non commiſſ  
ſeri fornicarijs, auaris aut raſ  
pacibus, aut idolis ſeruientibus:

## ¶ DE EXCOMMUNICATIIS

infra, cu[m] eiusmodi nec cibum  
sumere, ecce excommunicatio.

**Tit[us]. 3.** ¶ Hæreticum hominem post  
vnam & secundam monitionem  
deuita. Hic habes hæreticos fos-  
re excommunicatos.

### ¶ Obijcit hæreticus.

1. Excōmunicatio nō est pœ-  
na, sed vna declaratio, quia qui  
libet per peccatū excōmunicat  
seipsum, & postea iudex declas-  
rat illum esse excōmunicatum.

2. Excommunicatio est mes-  
dicinalis, li. 6. de sen. excommu-  
ca. cum medicinalis. Ideo nō est  
timenda, sed amanda.

### ¶ Respondet catholicus.

¶ Præmissum Tilmanni.

**De prio.** ¶ Pro huius argumenti solutio-  
nis intellectu scito, quod excō-  
municatio est separatio à com-  
munione ecclesiæ, quo ad frus-  
tum, & suffragia generalia. In

# CATIONIBVS. p 137.

primo importatur separatio à sacramentis. In secundo vero separatio à cōione fideliū quantū ad spūalia. Vel dicitur, q̄ excommunicatio est à qlibet licita cōmunione fideliū separatio. Triplex autē est fidclium communio. Una extrinseca in simul orando in ecclesia, in missis & officijs diuinis, & in huius cōmunicationis priuatione non solum consistit excommunicatio. Alia est intrinseca per charitatē vniuentem Christi membra p̄ fidē formata m capiti Christo & reliquis eius membris, de qua dicit Psalms. Particeps ego sum omnis p̄ sal. 115 um timentium te. Et hanc tollit peccatum, & non excommunicatio. Tertia est cōmunio extrinseca simul et intrinseca, secundū cōia suffragia quę in ecclesia ab institutione ecclesiæ fiunt, vt in missis & alijs orationibus, de qua dicitur in symbolo san-

## ¶ DE EXCOMMUNICATIIS

etorum communionē. Et hanc tollit excommunicatio, & supponit ablatam communionem sanctorum per charitatē. Nunc respondetur q̄ excommunicatio est poena inficta vel à iure vel ab homine, et non solum declaratio poenae, nam clare beatus Paulus indicat Corinthium non traditum diabolo, sed tradendum. Porro quod inquit, quemlibet per peccatum scipium excommunicare, verum est ex communicatione minori, sed illa licet priuet hominem gratia diuina, tamen adhuc manet peccator vnitus ecclesiæ, & mystico corpori ecclesiæ coniunctus tanquam membrum aridum: at in excommunicatione maioris præscinditur de corpore. Non q̄ omnino non fit de ecclesia, quia quamdiu tenet veram fidem, est in ecclesia, sed quia privatur participatione suffragiorum

# EXPLANATIONIBVS. ¶ 138.

rum ecclesiæ, quod competit homini, velex vi charitatis, vel ex intentione ecclesiæ, generaliter volētis sua merita omnibus mēbris non prēcisē conuenire.

¶ Et illius geminæ excommunicationis meminit Origenes, in illa homilia secunda Iudicū. Præterea si etiam per peccatum quis se traderet diabolo, tamen per sententiam ab homine, vel à fure latam, diabolus adhuc maiorem in eo accipit potestas tem, liquet de Iuda, quem primo inuasit diabolus cum iam cogtiasset tradere Christum. In **Luc. 22.** trauit autem sathanas in Iudam (ait Lucas) & abiit & locutus est cum principibus sacerdotū &c. Et Ioannes ait, Cum diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes &c. tamen postea adhuc magis intrauit & possedit eum diabolus, codem **Ioan.** dicente. Et cū

b

## DE BELLO

intinxisset panem dedit Iudæ  
Simonis Iscarioth, & post buc  
cellam introiuit in eum satanas.

De secū  
do.

Excommunicatio est medi-  
cinalis, verum si nou contem-  
natur, nam ex fine dicitur mes-  
dicinalis, quia ordinatur in hūc  
finem, quod ille resipiscat, et pœ-  
nitentiat, ac satisfaciat ecclesiæ: nul-  
lus autem amabit excommuni-  
cationem, nisi qui obstinatus  
magis vult tradi Satanæ, quam  
seruire Christo, & ab ecclesia  
vult haberi sicut æthnicus &  
publicanus. Vnde Gregorius  
dicit, Sententia pastoris siue ius-  
ta siue iniusta timenda  
est. Tantū abest, ut  
sit amanda.

## DE BELLO IN Thurcas. XXII.

## SIN THVRCAS P. 39.

**S**Vbexistēte rationabilicau'  
sa, belligerare possunt Chri  
stiani, in Thurcas & hæres  
ticos.

**I**nterrogabant Ioannem &  
milites dicentes, quid faciemus  
& nos? & ait illis. Neminem  
concurtiatis neque calumniam  
faciatis, & contenti estote stipen  
dijis vestris. Líquet quia bellum  
non prohibuit, sed bellantibus  
modum imposuit.

**O**mnis anima potestatibus Rom. 13  
sublimioribus subiecta sit, non  
enī est potestas nisi à deo, ins  
fra. Si autē malum feceris, time,  
non enim sine causa gladiū por  
tat, dei enim minister est, vi  
dex in iram ei qui male agit.

**V**nde filij Israel à deo sibi  
datam terram promissionis  
non nisi bellando obtinuerunt,  
ut patet in libris Iosuæ, Iu  
dicum, & Regum. Imo voluit  
dominus deus continuum eos

# ¶ DE BELLO

habere bellum contra infideles,  
vnde dicitur Iudicum. 3. Hæ  
sunt g̃etes quas dominus dercli  
quit, vt erudiret in eis Israelem,  
& omnes qui non nouerāt bel  
la chanañorum, & postea disce  
rent filij eorum certare cum hos  
tibus, & habere consuetudinē  
pr̃cliandi.

Hier. 48

Maledictus qui prohibet gla  
dium suum à sanguine.

¶ Totum vetus testamentum  
plenum est, quomodo iussu &  
auxilio dei Iudæi non modo re  
stiterūt infidelib. sed etiā eos ins  
uaserūt. Abrah. Moyses Iosue.

1. Reg. 5

Hæc dicit dominus exercitū  
(ait Samuel ad Saul) Recensui  
quæcumq; fecit Amalech Israel,  
quomodo restitit ei in via cum  
ascenderet de Aegypto, nunc  
ergo vade & percutie Amalech,  
& demolire vniuersa eius, non  
parcas ei, et non concupiscas ex  
rebus ipsius aliquid, sed interfic

# FIN TVRCAS. 140:

ce à viro usq; ad mulierem, &  
paruulum atq; lactantem, bouē  
& camelum & asinum. Quis  
iam fuit cōsiliarius domini, aut  
quis nouit sensum eius, quādo  
sit tempus, ut velit punire Tur  
cas per Christianos, sicut punis  
uit Amalechitas per Iudæos.

Hortabātur Machabæi se in  
uicem dicentes. Si omnes fecerī  
mus, sicut fratres nostri fecerūt,  
et non pugnauerimus aduersus  
gentes, pro animabus nostris,  
citius disperderent nos à terra. Ec  
cogitauerunt die illa dicentes.  
Omnis homo qui venerit ad  
nos die sabbatorū, pugnemus  
aduersus eum, & non moriet  
mur omnes sicut mortui sumus  
fratres nostri. Et collegerunt ex  
ercitum, & percusserunt peccas  
tores in ira sua, & viros iniquos  
indignatione sua &c. ita & nos  
Christiani, nisi aduersus Turcā

b 3

## DE BELLO

crucis Ch̄ri hostē ferocissimum  
pugnauerimus , citius disperdet  
nos, delebitq; Christi nomen ē  
terra, id quod optare videntur  
isti rabulæ, mentientes pugna-  
re contra Turcam , esse contra  
Christi euangelium.

3. Mac. 3 ¶ Surrexit Iudas Machabæus,  
& adiuuabant eum fratres eius  
& vniuersi qui coniunxerant  
se patri eius , & preliabantur  
pr̄elium Israel cum læticiâ, & di-  
latauit gloriam populo suo.

Ibidem ¶ Nos pugnabim⁹ pro anima-  
bus nostris & legibus nostris;  
& ipse dñs conteret eos, scilicet  
gentiles, ante faciem nostram.

1. Mac. 5 ¶ CAbiit Simon in Galilæam,  
& commisit prælia multa cum  
gentibus.

1. mac. 13 ¶ Dixit Simon vos scitis quan-  
ta ego & fratres mei, & domus  
patris mei fecerimus pro legis-  
bus & pro sanctis prælia. Sans-  
& tissimum igitur est atq; iustis-

# TIN T VR C A S y 141.

simum preliari contra infideles  
Turcas & hæreticos Turcis ips  
sis impiores, pro fidei ecclesiæ,  
diuinisq; cultus conseruatione,  
pro repub. pauperum et oppres  
sorū defensione. Accingimini,  
igitur o Christiani principes &  
estote filij potentes, estoteq; pa  
rati vt pugnetis aduersus natio  
nes has impias, quæ cōuenerūt  
disperdere nos & sancta nostra,  
quoniam melius est nos mori  
in bello, quam videre mala gen  
tis nostræ & sanctorum.

¶ Augustinus ad Bonifacium Epi. 194  
Comitem, utile tibi tuisq; das  
bo consilium, arripe manibus  
arma, oratio aures pulset autho  
ris. Et iterum ad eundem: Noli  
aestimare neminem deo placere  
posse, qui armis bellicis mini  
strat, in his enim erat Sanctus  
Dauid, cui dominus magnum  
testimonium perhibuit.

¶ Et contra Faustū: Orda natu  
b . 4

# ¶ DE BELLO

Li. 22

Psal. 81.

ralis mortalium paci accommo  
datus hoc poscit, ut suscipiendi  
belli authoritas atq; consilium  
penes principes sit. Principibus  
dicitur. Eripite pauperē, & eges  
num de manu peccatoris libera  
te. Cur tunc non liberarent de  
manu Turcæ, maxime attento  
eo, quod vi magnificat & extol  
lit cultum Machumeti sui in in  
juriam creatoris nostri, et quod  
certiam prolem sibi placentem  
aufert, in ritu Machumetico nu  
trit in perpetuam seruitutē, hinc  
gloriosissimus Carolus, Go  
fridus, Alphonsi, Ferdinandi, &  
alij infidelium destructores, per  
orbem Christianum celebri fas  
ma laudantur: vide Tomo i. do  
minica 5. post Epiphaniæ hos  
milia 5.

# ¶ Obiectus hæreticus.

i. Bellare contra Turcas, est  
repugnare voluntati spiritus,

# ¶ IN TVRCAS. ¶ 142.

visitanti iniqüitates nostras per illos.

2. Christianus oratione pugnet, non gladio.

3. Matthæi quinto, prohibetur defensio, ne nos opponamus angariantibus nos.

## ¶ Respondet catholicus.

¶ Plures hæretici iam, sicut & Oecolampadius, negant omnino Christianis licere bellare, q̄ fuit hæresis Manichæorum, ut Augusti. contra Faustum docet, & de sermone Domini in monte, sed respondeamus.

¶ Etiam si deus visitet iniqüitates nostras per Turcam, tamen De prio per hoc non inhibet nobis defensionem, alioquin cum nos visitet per famem, pestem, ignem, bella, morbos, non congrueret nobis villa prouisio contra famem, villa medicina contra morbos, villa fuga contra pestem. Ita

b s

## YDE BELLO

enim deus visitat suos, ut non  
Psal. 85. derelinquit. Visitabo inquit, in  
virga iniquitates eorum, & in  
verberibus peccata eorum, mis-  
sericordiam autem meam non  
dispergam ab eo, neque nocebo  
in veritate mea.

De secū. ¶ Fateor iustum bellatorē pul-  
fare deum orationibus, attamen  
arma in manu capiat cum Ma-  
chabeo, nam Moyse orante in  
Exo. 17 monte, Amalech vincitur gla-  
dio Iosuæ. Orent qui diomī ma-  
nūt, alij arma in Turcas ferant.

De tert. ¶ Ex consilijs & operibus per-  
fectorum Lutherani faciūt præ-  
cepta, & cum adeo amari sint,  
ut nec verba possint pati cas-  
tholicorum, etiam pia, serui ini-  
quitatis volunt, ut verbera pa-  
tiamur Turcarum, desolationē  
templorum, violationem vir-  
ginum &c. Quę enim ibi docet,  
præcipit in præparatione cor-  
dis, non in ostensione operis,

ait Augusti. Sperandum est potius post tot columnas & calamitates Christianitatis, amissis duabus imperijs & 36. regnis ut deus tandem misereatur nostri, & decantemus gaudenter. Filia Turcæ misera, beatus qui restribuit tibi retributionē quam retribuisti nobis: vide 5. Historias tomo 3. de bello in Turcas. Psal. 136

DE IMMUNITATE  
et diuinitatis ecclesiastiarum. Capitu.

XXIII.

Immunitas & ecclesiastica libertas ostendit. Pharao gētilis rex Aegypti immunitatē facer Gen. 47 dotib. seruauit. Emit enim Joseph oēm terrā Aegypti, subiecitque eā Pharoani, & cunctos populos eius, præter terram sacerdotum quæ à rege eis tradita fuerat, qui

# DE IMMVNITATE ET

bus & statuta cibaria ex hórreris publicis præbebantur. Et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Et infra. Ex eo tempore usque in presentem diē, in vniuersa terra Aegypti regibus quinta pars solvit, & factum est quasi in legē, absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

z. ex̄pl.  
1.esdr.7

¶ Artaxerxes rex Persarū dominans filijs Israël facultatem libere redeundi cum Esdra in Hierusalem, pro sacerdotū ministro rumq; templi libertate decreui statuit in hæc verba. Ego Artaxerxes rex statui atque decreui omnibus custodibus arcis publice q; sunt trans flumē, ut qd<sup>r</sup> cunq; petierit à vobis Esdras scriba legis dei coeli absq; moradetis &c. Et infra. Vobis quosq; notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & leuitis, & can toribus, & ianitoribus nathins

reis, & ministris domus dei his  
ius, vt vectigal & tributum &  
annonas non habeatis potestas  
tcm imponendi super eos. Vbi  
glos.ordi. quæ est Bedæ. Hoc  
privilegio ostenditur, q; cætera  
plebs filiorum Israel ad patriā  
perueniens tributa regis pende  
bat, quod discreta prouisione  
rex fecisse cognoscitur, vt qui  
diuino seruitio semper erant oc  
cupati , à suo famulatu es  
sent liberi, & qui in terra nihil  
proprium possidebant, sed ex  
decimis populi viuebant, nemo  
ex eis tributum exigeret. Ecce  
hi duo reges ambo gentiles, al  
ter pro idolorum sacerdotum:  
alter vero Iudæorum sacerdos  
tum legaliūq; ministrorum zcs  
labant libertate: & modo nons  
nulli Christiani principes ciuita  
tumq; rectores grauant exactis  
onant: & excoriant Christi sa  
cerdotes, pauperesq; verbi dei

# Y/ DE IMMVNITA. ET

ministros, atq; in extremam de  
ficere moliuntur seruitutem.

Ios. 21

Nu. 35

Leui. 27

Nu. 18.

4. Re. 12

**N**osue diuisit sacerdotibus &  
Leuitis ciuitates, sicut iusserat  
dominus per Moysen.

**C**Item habebant sacerdotes &  
Leuitae decimas, primogenita,  
primicias, partes de victimis, ob  
lationibus & sacrificijs, ordinas  
te ac præcipiente deo, pro mini  
sterio quo sibi in tabernaculo  
testimonij scruebant quotidie.

**D**ixit Iosas ad sacerdotes. Om  
nem pecuniam sanctorum quæ  
illata fuerat in templum domis  
ni à prætererūtibus, quæ offertur  
pro præcio animæ, & quā spon  
te & arbitrio cordis sui inferūt  
in templum domini, accipiant  
illam sacerdotes iuxta ordinem  
suum. Ezechias præcepit popu  
lo habitantiū Hierusalē, vt das  
rent partes sacerdotibus & levi  
tis, vt possent vacare legi domi  
ni. Quod & populus fecit adeo

2. Par. 31

abundanter, ut præciperet rex fieri horrea in domo domini vbi reciperentur fructus &c.

¶ Christus habuit procuratorem Iudam, qui loculos habebat, & portabat ea quæ mittabantur.

¶ Ioanna yxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultaribus suis.

¶ Immunitatem sacerdotum dicit Christus. Quid tibi vides: tur Simon, dixit Christus, Reges terre à quibus accipiuntur tributa, à filijs suis, an ab alienis? Dixit illi Petrus. Ab alienis. Dixit illi Chrs, ergo liberi sunt filij

¶ Quis militat suis stipendijs i. Cor. 9 vnquam, quis plantat vincam & de fructibus eius non edit? Infrà. Scriptum est in lege Moy si. Non affigabis os bovi tritus rati. Infrà. Si nos vobis spūalia

## ¶ DE IMMUNITATE

seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Infra Nescitis quoniam qui in sacrario operatur, quod de sacrario sunt edunt? Et qui altario deseruit cum altario participant. Ita & dominus ordinavit his qui euangelium annunciant, de euangeliō vivere.

I. Tim. 3 ¶ Oportet episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, ornatum, prudenter, pudicum, hospitalem, &c. & quomodo posset esse hospitalis si nihil haberet?

Actu. 4 ¶ Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, videntes afferebat precia eorum quae vendebant & ponebant ante pedes apostolorum. Vnde in primitiva ecclesia fiebant collectae pro sustentatione cleri, quibus deficientibus successerunt beneficia.

¶ Ignatius ad Philadelphieñ.  
Prind

**¶ ET DIVIT. ECCLES.** **¶ 46.**

Principes subdici estore Cæsari, Ignam  
milites principib. diaconi presb. Ioā: euā  
byteris, vt sacrorū administrat discipu-  
toribus. Presbyteri vero & diaconi atq;  
coni atq; omnis clerus simul cū  
omni populo & militibus atq;  
principibus, sed & Cæsares obe-  
diant episcopo. Episcopus autē  
Christo, sicut patri Christus: &  
ita vnitas per omnia seruatur.  
Idem ad Smirneñ. Sacerdotiū  
summa est omnium bonorum  
quæ in hominibus constat, qd'  
si quis inhonorauerit deum in-  
honorat, & primogenitum tui  
us creaturæ.

**¶ Nolite tangere Christos meos** Psal. 104  
os, & in prophetis meis, nolite  
malignari.

**¶ Quis extendet manum suam** 1. Re. 26  
in Christum domini. Hoc dixit  
etiam de vntione regis, quid  
de vntione sacerdotis?

**¶ Gregorius Ciriaco Constan-**  
tinopolitano.

c

## DE IMMUNITATE ET

¶ Quisquis in loco regiminiſt  
est , aliquando necesse habet  
etiam terrena cogitare , & exten  
siorum quoque curam gerere ,  
ut grec commiſſus valeat , ad  
ea quæ ſibi ſunt explenda , ſub  
fiftere . A poſtoribus lex creuit  
in regalem maiestatem . A pife  
toribus Euangeliū creuit in  
imperiale maiestatem .

¶ Et in registro Gregorij paſſ  
im reperiuntur epistolæ de ad  
ministratione temporalium , vns  
de etiā illo tempore habuit  
præfectos aerarios in Sicilia &

Patrimoprouincia , ut manifestum ſit ei  
in L. Pe am tempore Gregorij fuile paſ  
trii .

¶ In epiftola Clemētis . Si q̄ ex  
patribus negotia habent inter  
ſe , apud cognitores ſeculi non  
iudicentur , ſed apud presbyte  
ros ecclesiæ , quicqđ eſt dirimaſ  
tur , & omnino obedientiſtati  
tis eorum .

DIVIT. ECCLESIAR. 47.

C<sup>on</sup>cilium Carthaginense.  
Placuit, vt quicunq<sup>z</sup> clericus ab  
imperatore cognitionem pu-  
blicorum petierit, honore pro-  
prio priuetur.

Gaius papa martyr statuit.  
Ne laici sacris initiatos, coram  
seculari iudice conueniant.

Dionys. ad Demophilū, de  
correctione episcopi: At si quis  
forte & inter ipsos à recto trami-  
te deuiauerit, is ab æqualibus  
atq<sup>z</sup> sui ordinis sanctis corriga-  
tur, vt nō ordo in ordinē ruens  
cūcta pmisceat, sed vnuſq<sup>z</sup> sc̄q<sup>z</sup> in  
suo ordīe, suoq<sup>z</sup> officio maneat.

Origenes qui tempore marty- Ho. 20.  
rum vixit, vbi adhuc erant im-  
peratores gentiles, super Lucam  
explicat subiectionem presby-  
teri ad episcopum, sicut Iesus fu-  
it subditus parentibus.

Iulianus apostata, Christo ad  
uersarius, clericis subtraxit om-  
nia priuilegia & honores. Quæ

## YDE IMMVNITATE

Cōstan.  
Impera.  
pjssimi imperatores catholici,  
Conſtātinus, Theodosius, Mar-  
cianus, Valentinianus, & alij  
religiosi animi principes decre-  
uerunt. Quæ quia ſunt omnib.  
obuia C. de ſacrosanctis eccles-  
ſijs, & de clericis & episcopis.  
Ideo referre postponimus.

23. q. 8. ¶ Constantinus imperator in  
ca. Triꝝ concilio Nicæno noluit accipe-  
butū, & relibellos contra episcopos, &  
ca. ſcđm dixit. Vos dij eftis à vero deo  
cānoni. conſtituti, ite & inter vos cau-  
ſam diſponite, quia dignum nō  
eſt, vt nos iudicemus deos.

¶ Petrus princeps apostolorū  
nō refutauit ſumptus, Ambros-  
ſius ſuper primam ad Corint. 9

¶ Constitutio Friderici impera-  
toris C. de episcopis & cleri.  
Statuimus vt nullusecclesiastis  
cam perfonam in criminali que-  
ſtione vel ciuili, trahere ad iudis-  
cium ſeculare præſumat, contra  
conſtitutiones imperiales & ca-

nonicas sanctiones, quod si fece  
rit actor, à iure suo cadat, iudica  
cum non teneat, & iudex sic &  
tunc officio iudicandi sit priua-  
tus. Aduertite inique clerum ad  
tribunal seculare pellentes.

¶ Patet igitur ex præmissis iu-  
stissimas esse excommunicatio-  
nes latas in offendentes libertas  
rem ecclesiasticam, suis iniquis  
statutis grauates & exactio-  
nes clerū, utpote in eos qui pec-  
cant & contra naturæ ius, in les-  
gem diuinam utriusq; testamē-  
ti, & contra ius humanum ciuis-  
le & canonicum.

- ¶ Objetit hæreticus.

¶ Christus passus est se iudica-  
ri à iudice laico Pilato, & testis  
monium perhibuit ei, quia ha-  
beret super eum potestatem des-  
super. Itaq; christiani sacerdos-  
tes non debent refugere iudices  
laicos.

DE INDVL  
Respondet Catholicus.

Egregiā rem moliris, vt omnes iudices Christiani sint Pilati & Herodes. Christus manifeste obiecit peccatum Pilato, quia is qui tradiderat eum maius peccatum habebat. Quod autem disxit Pilatum habere potestatem defuper, si ad deum referatur, accipitur permissiue, permisit deus hoc Pilato, oblatus est enim quia voluit, si ad Cæsarem, non habet intentum hæreticus.

Esa. 53

DE INDVLGENTIIS.  
XXIII.

Quia indulgentiæ sunt dimicatae satisfactoriæ penæ pro peccatis debitæ, ostendas mus aliud esse meritum, aliud satisfactionem.

**D**e merito Christi dicitur. Propter hoc deus exaltavit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Ecce quid meruit sibi. De satisfactione cius dicitur, hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro uobis tradetur in remissionem peccatorum, ecce quid meruit nobis.

Lu. 22

Mat. 26.

**D**e offerente hostias pro peccatis dicitur. Et rogante pro eis sacerdote, propitius erit ei dominus. Nonde culpa, sed de poena quō, iūsi per intercessionem.

**Thesis Tilmanni.**

**S**cito hic thesaurum indulgentiarum fieri ex superabundantia meritorum (quatenus satisfactoria erant) Christi & sanctorum. De superabundantia passionum Christi pro nobis dicitur, Ipse est propiciatio pro peccatis nostris, nō nostris aut tam

1. Ioan. 2

## quod DE INDVL

sed totius mundi. Ex qua autho  
ritate patet, passionem Christi  
sufficienter satisfacere pro toto  
mundo, ac per hoc quum exes  
quutiae pro paucis tantum fas  
tisfaciat, infinitum thesaurum  
satisfactionū Christi superesse  
in sacramentis, quibus eadem  
Christi passio satisfacit. De san  
ctorum autem passionum meri  
torumque superabundantia, quo  
ad officium satisfaciēdi pro nos  
bis, patet ex Iob dicente. Utinā  
appenderentur peccata mea,  
quibus iram merui, & calamis  
tas quam patior in statera, quas  
si arena maris hæc grauior ap  
pareret. Ex his Iob verbis clas  
ret ipsum plus passum fuisse, quod  
pro peccatis suis debuerit pati.  
In superabundantia autē passio  
num, consistit superabundantia  
satisfactionum. Et idem de mul  
tis sanctis apertissimum est. De  
sanctorū vero intentione, quod  
scilicet

Iob. 6

scilicet voluerint pati, passique  
sunt libenter, non solum pro se,  
sed etiam pro nobis, testatur a  
postolus, dicens. Nunc enim **Colos.**  
gaudeo in passionibus meis pro  
vobis, & adimpleo ea quae de  
sunt passionum Christi incar  
ne mea, pro corpore eius quod  
est ecclesia.

**P**Expende catholice, quia mis  
seriae sanctorum adiungendae  
sunt pressuris Christi, ad com  
muniem ecclesiæ utilitatem. Et  
est iste thesaurus meritorum, de  
quo dicit ecclesia, precibus &  
meritis sanctorum. Nam quod  
Paulus adimpleuit, quis nega  
bit de alijs sanctis, crucem Chri  
sti portantibus & eum sequenti  
bus? Quod papa hunc thesau  
rum dispensat, patet ex Aposto  
lo dicente. Sic nos existimet ho  
mo ut ministros Christi, & dis  
pensatores ministeriorum eius.  
**I**terum, Dispensatio mihi credi  
d1.cor.4  
**I**terum, Dispensatio mihi credi 1.cor.9

## ¶ DE INDVL.

**2. Cor. 2** *ta est. Itē. Cui donastis aliquid,  
& ego. Non donauit culpam  
sed pœnam. Nam & ego quod  
donaui, si quid, donauī propter  
vos in persona Christi.*

**A**Certum est Gregorium magnum dedisse indulgentias ante 900. annos, & ita postea obseruatum per omnem ecclesiam. Mirantur hæretici, quia papa remittit tertiam aut medianam partem pœnarum, aut plenarie indulget. Cum ipsi non verecundetur asserere, quilibet sacerdotem à culpa & pœna absoluere, ipsi remittunt totā pœnam, & nolunt papā remittere partem.

**Leuit. 25** *¶ Indulgenciarum euangelij figura fuerunt Iubi ei in veteri testamento.*

**A**De his sumus contenti, eo quod habeamus solidum fundamentum in sancto Paulo, ne credamur diligentiores in causa lucrosa. Porro quod vniuers-

sa recepit, credit & tenuit ecclesia, quō posset esse in fide erroneum: at vniuersitas ecclesiæ toto orbe terrarum diffusa, recessit indulgentias à tempore Gregorij magni ( nisi quod in paucis hæreticorum angulis alicubi inceperunt rei cercere) Et concilia generalia approbauerunt, sicut sacrum concilium Lateranense celeberrimum sub Innocentio tertio, in quo & saluberrima constitutio, Omnis utriusque aedificatione est, limitauit auctoritatē minorum prælatorum in concessione indulgentiarum. Et sacrum concilium Viennense approbauit indulgentias Urbani quarti, pro venerabilis Eucharistiæ veneratione. Et omnis ecclesia ex Germanis, Gallis, Hispanis, Italies, Anglis, Hungaribus, Polonis, Dacis, Scotis &cet. reuerenter suscepit Iubileos in Roma à pontificib. cum

**DE INDVL**  
plenarijs indulgētijs celebratos.

**Appendix Tilmanni.**

**P**rofsunt etiam indulgentiæ animabus in purgatorio, quia non est aliqua ratio, quare ecclesia transferre possit communia merita Christi & sanctorū, quis bus indulgētiæ innitūtur in viis uos & nō in mortuos, q̄ in charitate decedentes, obstaculis à recognitiō cœlestis ingressu impediens tibus nondum amotis, in purgatorio detinentur. Applicat autem papa eis indulgentias nō auctoritate absoluendo, sed per modum suffragij. Quare neq̄ pro libito potest animas à purgatorio liberare, aut purgatoris um euacuare.

**O**bijciūt aduersarij inter alia argumenta hoc Achillicum ( ut putant inuincibile ) Etsi merita Christi sunt infinita, nequaq̄ tamē merita sanctorum quæ sunt

plenissime remunerata, imo ultra condignum, quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad superuenturā gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sanctorum igitur merita per indulgentiarū thesaurum nobis applicari non possunt.

Dicendum, q̄ sicut Christi opera simul erant meritoria & satisfactoria, meruit siquidem sibi & nobis, sibi quidē quia per humilitatem passionis, gloriam meruit resurrectionis, iuxta ille Iud, humiliavit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem crucis, propter quod deus exaltavit illum, &c. Nobis vero quoniam si unius delicto mortui multi sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et infrā: Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem,

d 3

Rom. 8.

Rom. 5.

Eo. cap.

# Y DE INDVL.

**1. Pet. 2** sic & per vnius iusticiam in omnes homines in iustificationem vitæ, &c. Satisfecit autem non pro suis, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore ciuius, sed pro nostris peccatis, ut patet ex multis sacræ scripturæ locis. Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras, at tritus est propter scelera nostra.  
**Esa. 53**  
**Ephe. 5.** Et paulo post: Omnes nos quasi oves errauimus, & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum. Christus tradidit semetipsum pro nobis hostiam & oblationem dco, in odorem suavitatis. Peccata nostra  
**1. Petri. 2** pertulit in corpore suo super lis  
**1. Ioan. 2** gñū. Ipse est ppiciatio pro pctis nostris &c. Ita & de sanctorum operibus & passionibus sentendum est. Quæ quatenus meritoria erant, ultra condignum remunerata cum apostolo fatesmur, quatenus vero satisfactos

ria, aut poenalia, ac innumeros  
 sanctos constet longe plus satis-  
 fecisse aut passos esse, quam pro-  
 suis peccatis debuerunt, ut pas-  
 tet de Iob & apostolo, & hoc  
 non solum pro se, sed pro cor-  
 pore Christi, quod est ecclesia,  
 residuum satisfactionis, & passi-  
 onis per indulgentiarum thesau-  
 rum nobis applicatur, quod ad  
 maximam gloriā cedit sanctorum.  
 Vnde quum cōtingit (ex  
 empli gratia) superfluam satisfa-  
 ctionem Laurentij soluere pro  
 poena debita Ioanni poenitenti,  
 gaudium quoddam accidentas  
 le Laurentius in cœlo habebit  
 de hoc q̄ satisfactio sua soluit —  
 pro Ioanne. Et ita opera sancto-  
 rum quatenus satisfactoria, &  
 poenalia remunerātur ipsis san-  
 ctis, etiam in his quibus per ins-  
 dulgentias applicantur.

Hæc Tilmannus.

d . 4

# ADE PURGATORIO.

## ¶XXV.

Purgatorium esse satis constat ex scriptura, ecclesia,  
& patribus:

1. Cor. 5 ¶ **I**quis superaedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides præciosos, ligna, stipulam, vniuerscuiusque opus manifestum erit, dies enim domini declarabit, qui in igne reuelabitur, & vniuerscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sic quasi per ignem. Lisquet facientem etiam opera cremabilia, sicut patet in die iudicij particularis. Vniuerscuiuscum eum tamen saluum fieri per ignem, non inferni, quia ibi nulla est redemptio. Sic intellexerunt illum locum Pauli, B. Ambrosius, B,

Hieronymus, B. Augustinus,  
B. Gregorius, Alcuinus.

¶ Esto consentiens aduersario Mat. 5  
tuo cito, dum es in via cum eo,  
ne forte tradat te aduersarius iu-  
dici, & iudex tradat te ministro,  
& in carcerem mittaris, amen Lu. 12.  
dico tibi, non exies inde, donec  
reddes nouissimum quadrante.  
Hunc carcerem beatus Ambro-  
sius intelligit purgatorium.

¶ Qui dixerit verbum contra Matt. 12  
spiritum sanctum, non remittes-  
tur ei, neque in hoc seculo, neque in  
futuro.

¶ Beatus Gregorius illa verba 4. dial. et  
ponderat & dicit. De quibusdā habe. dis.  
culpis ante iudicium purgandis 25. c. q̄lis  
ignis credēdus est, pro eo quod Idē. Au.  
veritas dicit, qui dixerit verbū li. 21. de  
contra spiritum sanctum, &c. ci. dei c.  
in qua sententia datur intelligi,  
quasdam culpas in hoc seculo,  
quasdam in futuro relaxari. Ita  
etiam intellexit beatus Bernar-

d s

# DE PURGATORIO.

dus super Cantica.

Luc. 8

¶ Antiquitus prouocabantur viuentes per instrumenta musica ad lamentum & compassiōnem super mortuos, vt attente orarent pro eis. Alias enim lugere non esset nisi insanire.

Tobię. 4

¶ Panem tuum & vinum tuū super sepulturā iusti constitue, vt s. pauperes inde refecti, pro defuncti salutē dēcū deprecētur.

2. ma. 12

¶ Iudas Machabeus facta collectione, duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. Bene & religiose de resurrectione cogitās, nisi enim eos, qui ceciderant resurrecturos speraret, vanum videretur & superfluum orare pro mortuis &cet. Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis orare, vt à peccatis solvantur. Is liber est in canone ecclesiæ, vt testatur prologus a

præfixus, & beatus Augustinus decimoctavo libro de ciuitate dei, & canon concilij Carthaginensis. licet non fuerit inter canonicos libros habitus apud Iudæos, ut testatur beatus Hieronymus in galeato prologo. Sequitur negantem libros Machabæorum esse canonicos, non esse filium ecclesiæ, sed spurium synagogæ. Et Luther met fates tur se scire esse purgatorium in disputatiōe Lipsica, quomodo ergo rem tanti momenti, sicut est purgatorium, spiritus sanctus non reuclauit in scripturis. ¶ Græci hanc hæresim recognouerunt & abiurauerunt, in concilio Florentino.

¶ In nomine Iesu omne genus flectetur, cœlestium terrestrium & infernorum. Palam est autem ( quantum ad hos attinet) qui subtus terrā in gehenna sunt, q[uod] nec genua flectat nominis

## ¶ DE PURGATORIO.

Iesu, quin contra potius ipsum iugiter blasphement: sunt ergo in purgatorio q̄ genua flectūt.

**Apoc. 5** ¶ Et omnem creaturam, quæ in cœlo ē & sup̄ terrā & subter terrā & mare & q̄ in eo sunt, oī audiuī dicentes: Benedictio s̄ denti in throno & agno, benedictio & honor, & gloria, & postas, in secula seculorū. Triplicē hic ponit ordinē laudantiū dēū, scilicet in cœlo beatorū, in terra iustorum, sub terra purgandorum, quia damnati non laudant deum, nec benedicunt sedentem in throno.

¶ Aug. in li. de cura pro mortuis agenda, approbat suffragia pro mortuis facienda authoritate ecclesiæ. Ita inquiens. In secūdo Machabæorum libro legimus, oblatum pro mortuis sacrificium: sed si nusquam in scripturis veteribus omnino legere tur, non parua est vniuersitatem eccl

clesiæ (quæ in hac consuetudinē claret) authoritas, ubi in precibus sacerdotum, quæ domis no deo ad eius altare fundūtur, locum suum habet etiam commendatio animarum. Hæc suffragia petiit Monica mater Augusti. ex altaris sacrificio.

**V**Beatus Ambrosius de obitu Theodosij meminit, cur in ecclesia dei peragatur, primus, septimus, tricesimus, defunctorum.

**V**Damascenus affirmat morē orandi pro defunctis, ab apostolorū traditionibus manasse.

**V**Augustinus quæstione prima de Dulcitij quæstionibus testatur purgatorium.

**V**Chrysostom. proprio sermone agit, suffragia prodefesse mortuis. Dionysius inquit. Quod autem iustorum preces etiam in vita ista, & nedum post mortem solis profint qui digni sunt, scripturæ nos edocet sacro sans

Li. 9. cō  
fessionū  
in fine.

# ¶ DE PURGATORIO.

cta traditio. Accedens deinde  
(delato scilicet funere intrà tem-  
plum) venerandus antistes pre-  
cem suam super mortem pera-  
git, postq; precem & ipse presul  
eum salutat, & suo deinceps or-  
dine, qui astant omnes. Precatur  
oratio illa diuinam clemētiam,  
ut cuncta dimittat per infirmita-  
tem humanā admissa peccata,  
defuncto, eumq; in luce statuat  
& regione viuorum, in finibus  
Abrahæ, Isaac, & Iacob, in loco  
vnde effugit dolor, tristitia, &  
gemitus. Hæc Dionysius apo-  
stoli Pauli discipulus. Ita docuit  
& tenuit sancta mater ecclesia  
& omnes orthodoxi.

¶ Purgatoriū etiā conuincitur  
ex animarū apparitionib. quas  
etsi Luther Irrideat: tamē in Ma-  
2. ma. 15 chabeis legimus Oniā & Hier.  
Mat. 17. apparuisse Iude: Christo trāssi-  
Mar. 9 gurato apparuerūt Moyses &  
Lu. 9. 24 Heli. & discipuli Christo resur-

gente, putabat se spiritum videre:  
quod nequaquam putauissent: nisi scis-  
sissent defunctorum spiritus non  
nunquam apparere. Vide libros 4.  
Eckij de Purgatorio.

¶ Obiicit Pighardus.

1. Christus prohibuit viduc. Noli flere: sed si esset purgatorium, deflendus fuisset mortuus. *Luc. 7*
2. Hieremias inquit. Nolite flere mortuum: necque lugeatis super *Hiere, 22* per eum fletu.
3. Paulus ait. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus. ut nos coeterni sicut et ceteri.
4. Cyprianus sedulo admonet fratres, ne fleant super his qui migrarunt ex hac vita.
5. Chrysostomus. lamentari eos, quod ab hac vita decedunt ex pusilla nimitate contingit.

¶ Respondet Christianus.

Christus mox erat mortuum resuscitatur: ideo prohibuit matrem

## ¶ DE PURGATORIO.

à fletu : Neochristiani nullum  
ex mortuis resuscitant.

**D**escd' o. ¶ Hieremias voluit non plan-  
gendum regem Ioachas captiu-  
um in Aegypto: sed alios res-  
ges sequentes, sub quibus Iudei  
plus tribulabantur.

**D**eter. ¶ Truncate adducitur Paulus,  
qui ait, sicut cæteri qui spem nō  
habent. Itaq; deflere mortuum  
ex desperatione futuræ resurrec-  
tionis est malum, q; non facit  
ecclesia c. vbiq; 13. q. 2.

**D**e 4. &  
5. ¶ Secundum prædicta intelli-  
gantur Cyprianus & Chrysos.  
quando aliquis defleret mortuus  
um ex diffidentia, quasi perpe-  
tuo illum amiserit. Vide tom. 2  
homil. dominicæ. 17. post Pcto.

## ¶ DE ANNATIS ¶ Cap. XXVI.

**Anna**

**A**natas id appellat in curia Rhom. quod ordinarij locorum nominant, medios seu primos fructus, & pro confirmatione episcopi, solent appellare, redemptionem pallij, cum tamen proprie solus episcopus Bambergensis in Germania habet pallium & archis episcopi.

**¶** Filijs autem Leui dedi omnes Numero. 18 decimas Israel in possessionem per ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo foedoris. Et infra. Præcipe Leuitis atque denuncia cum acceperitis a filiis Israel decimas quas dedi vobis, primicias earum offerte domino, id est, decimam partem decime, ut reputetur vobis in oblationem primitiorum, tam dearijs, quam de torcularibus, & vniuerlis, quorum accipitis primitias, offerete domino, & date ea Aaron sacerdoti. In veteri igitur testa-

## YDE ANNATIS.

mēto, Leuitæ & sacerdotes accipiabant decimas, & Aaron summus sacerdos accipiebat decimā decimarū. Descendit ergo annatę de iure diuino, q̄a succedit in locū decimę decimarum.

Nec. 10.

¶ Et Leuitæ offerent decimam partem decimę suę in domo dei nostri, ad gazophilacium domini dei nostri.

¶ Annatarum meminit Ioannes Andreæ in ca. inter cætera de offic. ordinarij post Hostien. quem citat in huiusmodi sententia, dicit hic Hostiensis, quod Romanam ecclesiam in annatis exigendis, ubi alioquin nullum ius haberet, excusat necessitas, quia nec de suo posset omnibus prouidere. Et infrà. Id iam est de antiquissima consuetudine obtentum. Postea res fert quomodo pluries clamaverit, in tantum, quod super eos fuit sermo in Concilio Vienensi

# DE ANNATIS. 159.

fi, cui præsedid Clemēs quintus.  
Sequitur errasse Platinam &  
Blondum, & quosdam consar-  
cinatores grauaminum Germa-  
niæ, nam inuentum annatarū  
tribuunt, vel. Ioanni. 22. vel  
Bonifacio. 9. vel consilio Con-  
stantiensi, quod Germani faci-  
unt, quia Clemens 5. præcessit  
Ioan. 22. & Bonifacium nonū.  
Et is tamen non inuenit annas-  
tas, sed inuentas approbavit ex  
antiqua consuetudine. Et certe  
isti duo testes Hostien. & Ioans-  
nes Andreæ frangunt mēdacia  
osorum ecclesiastici status.

In Constantiensi concilio nō  
fuerunt institutæ annatæ, vt nu-  
gantur centones Lutheranos-  
rum, sed quia aliquæ ecclesiæ  
decreuerunt in temporalibus,  
sunt constitutum vt illæ eccles-  
iæ sic de pauperate reducerē-  
tur ad iustam taxam, secundum  
valorem ecclesiæ currentem.

## ¶ DE ANNATIS.

Idco magis confirmauit annatas. Vnde nullus adhuc publicavit vere, quando annatæ fuerint inuentæ, ideo bene dicunt præfati, annatas rem esse antissimam.

¶ Geron de Simonia. 36. K. Si cut ex antiqua lege decimæ decimarum debebantur summo sacerdoti à Leuitis Nu. 18. Deut. 16. Sic non minus in lege nova debetur hæc decimatio facta ipsi Papæ per inferiores: Hæc autem recōpensatio videtur rationabilis, q̄ fructus primi anni à quolibet beneficiario persoluantur: quoniam in hoc papa seruit ecclesiæ, & ita pro suā stētatione decēti stat⁹ sui potest onerare personas & beneficia. Et illam rationem dicit bene inserre & concludere.

¶ Sequitur si sacerdotes & epis copi vellēt negare annatas summo pontifici, tunc eadem facilis.

## DE ANNATIS. yf 160.

tate laici negarēt decimas sacerdotibus, & sacerdotes recusarēt medios fructus dare episcopis, vnde ex ecclesia facerēmus Babylonem. Id quod strenue contendunt hæretici, & eorum ad hærentes, diuina humanaq; omnia commiscentes.

## DE HAERETICIS comburendis. XXVII.

Prima poena hæreticorum  
in nouo testamento  
fuit excommunicatio.

**S**i quis ecclesiam non audiebat Mat. 18.  
Sicut tibi sicut Ethnicus et  
publicanus, id est, separetur  
ab ecclesia per excommunicatio-  
nem. At hæretici incorrigibili-  
les, non audiunt ecclesiam.

# YSTE DE HAERETICIS

- Ad tit. 3. ¶ Hæreticū hominē post vnā  
& secundam correptionē deuis-  
ta, sciens quia subuersus est, qui  
huiusmodi est, & delinquit, cū  
Eccl. 1. sit proprio iudicio condemnat-  
us: Peruersi autem difficile cor-  
riguntur. Ideo hæretici incorri-  
gibiles non vincuntur, neq; per-  
suadentur rationibus.
2. Thc. 3. ¶ Denunciamus vobis fratres  
in nomine domini nostri Iesu  
Christi, vt subtrahatis vos ab  
omni fratre ambulante inordi-  
nate, & non secundū traditionē  
quam acceperunt à nobis.
2. Ioā. 2. ¶ Si quis venit ad vos, & hanc  
doctrinam non affert, nolite cū  
recipere in domum, nec aue ei  
dixeritis. Qui enim dixerit illi  
aue, cōmunicat operib. eius ma-  
lignis. Vnde & idē Ioan. euans-  
gelista cum in balneis Cherins-  
thum hæreticū reperisset, mox  
24. q. I. C. exiliit ad discipulos dicens, fugi-  
amus hinc ne & balneę ipfę nos

# COMBVREN DIS.

corrūpant, in quibus Cherintus  
lauatur, veritatis inimicus.

¶ Ita Moyses quoque ad filios Nū. 16  
Iſrael in ſeditione Chore, Daſ-  
than & Abiron dixit. Recedite  
à tabernaculis impiorum homi-  
num, & nolite tangere quæ ad  
eos perteſt, ne inuoluamini  
peccatis eorum. Et apostolus. Rom. 16  
Rogo vos fratres ut obſerueſ-  
tis eos, qui diſſenſiones & offen-  
dicula præter doctrinam quam  
vos didicistis, faciunt, & decliſ-  
nate ab illis. Huiusmodi enim  
Christo domino non ſeruiunt,  
ſed ſuo ventri, & per dulces ſer-  
mones & benedictiones ſeduſ-  
cunt corda innocentium.

¶ Hæretici obſtinati aut relapſ-  
ti, iuste per mortem ē medio tol-  
luntur.

¶ Si surrexerit in medio tui  
prophetæ, aut qui ſomnium  
ſe vidiffe dicat, & prædixerit ſi  
gnū atq; portentum & euenerit

Deut. 17

## ¶ DE HAERETICIS.

quod locutus est, & dixerit tibi,  
eamus & sequamur deos alie-  
nos quos ignoramus, & scrui-  
mus eis, non audies verba pro-  
phetæ illius aut somniatoris,  
quia tentat vos dominus deus  
vester, ut palam fiat, ut trum-  
patis eum an non, in toto cor-  
de & in tota anima vestra. Pro-  
pheta autem ille aut factio som-  
niorum interficietur, quia locu-  
tus est ut vos auerteret à domi-  
no deo vostro.

**Deu. 14.** ¶ Qui superbierit nolens obes-  
dire sacerdotis imperio, qui eo  
tempore ministrat domino deo  
tuo ex decreto iudicis morias-  
tur, & auferes malum de Israd.  
Hæc legis ratio adhuc militar,  
ut auferamus malum de medio  
ecclesiæ.

**Deu. 18.** ¶ Propheta qui arrogantia des-  
prauatus, voluerit loqui in nos-  
mine meo quæ ego non præce-  
pi illi ut diceret, aut ex nomine  
alieno

# COMBVRENDIS. 162.

alienorum deorū, interficietur.

**E**duc blasphemum extra cas- Leui. 24  
stra, & lapidet eum omnis po-  
pulus. Cur non & hæreticum.

**H**elias propheta domini, in 3. reg. 1  
terfecit prophetas Baal.

**L**upus benc arceri debet, sed  
si aliter nō potest consuli saluti  
gregis, lupus etiam interimen-  
dus est, hæretici autem sunt lu-  
pi, dicente Christo. Attendite à Mat. 7  
falsis prophetis, qui veniunt ad  
vos in vestimentis ouium, in-  
tus vero sunt lupi rapaces.

**E**t Paulus, Scio quoniam in Actu. 20  
trabunt post discessiōnē me-  
am lupi rapaces in vos, non par-  
centes gregi. Iuste igitur è me-  
dio tolluntur per mortem.

**I**esus cum fecisset quasi flagel Ioan. 2  
lum de funiculis, omnes eiecit  
de templō, oves quoq; & boues,  
& nummulariorum æs effudit,  
et mētas subuertit. Si hoc nūmu-  
larijs quid tūc hæreticis ficeret;

f

## ÆDE HAERETICIS

**I. Tim. 2.** *¶ Doctrina hæretorum nos  
xia vicinis, quia sermo illorum  
velut cancer serpit.*

**Actu. 5.** *¶ Saphira & Ananias à princis  
pio nascentis ecclesiæ, propter  
pusillum pecuniæ, à Petro inor  
te multati sunt, quanto magis  
hæretici animas defraudantes à  
successore Petri morte multati.*

*¶ Augustinus de poena hæreti  
corum. Cogunt multas inueni  
re medicinas, multorum expert  
menta morborum. Aliquando libri mathematicorum & hæ  
reticorum fuerunt combusiti, si  
cut Augustinus super Ioannem  
dicit, factum suo tempore. Cō  
bussit Gelasius papa anno do  
mini. 496. Et tempore aposto  
lorum comburebantur libri cu  
riosi, quanto magis hæretici.*

**Actu. 19.** *Inquit enim Lucas, Multi ex  
eis qui fuerant curiosa sectati,  
contulerunt libros & combus  
serunt eos coram omnibus, &*

# ¶ COMBVRENDIS. ¶ 163.

computatis præcijs illorū inueniunt pecuniam denariorum quinquaginta milliū. Aliquando vbi nulla potestas Christiana nis erat animaduertēdi in corpora hæreticoru, poena erat excōmunicatio, ut supra ex Paulo.

Ad Bōi.

Et Cyprianus monet cū hæretici non loquendum. Idem refert singulos hæreticos decem libris auri multari. Gelasius pappa exilio damnauit hæreticos.

¶ Hieronymus docet resecandas esse putridas carnes. Ita insquiens Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, & corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrefiant, intereant, & infrā quæ est ista misericordia, vni parcere, & omnes in discrimin adducere.

¶ Arrius in Alexādria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbein

# ¶ DE HAERETICIS

cius flamma populata est.

¶ Et Beatus Ambrosius. Haereticis velut quædam hydra fabularum vulneribus suis creuit, & dum sæpe reciditur pullulauit, igni debite, incendioq; peritura.

¶ Augustinus li. 2. contra epistol. Gaudeti, de hæret. inquit. Hoc hominum genus per imperatoriam curam corrigi debet.

¶ Et super Ioan. ad longum docet imperatores & principes catholicos bene facere, quod utantur gladio contra hæreticos, debent enim hæretici affligi & ejusci à principibus, sicut Agar fuit afflcta à Sara quando Ismael ludit cum Isaac.

Gen. 21

Gal. 4

2.cor. 10

Gal. 5

¶ In promptu habentes vlcisci omnem in obedientiam.

¶ Utinam abscindantur, qui vos conturbant.

¶ Ecce quam seruide optat eos abscindi, quod si principes tunc fuissent Christiani, sine dubio

# COMBVR ENDIS. f. 64.

obedissent desyderio Pauli.

¶ Augustinus inquit. Nullus Sup Ioā nostrum vult aliquem hæretis cum perire, sed aliter nō meruit habere pacem domus Dauid, ni si Absolon filius eius in bello est Eusebi⁹ set extinctus, sic ecclesia, si alii quorum perditione ceteros colligit, dolorem materni sanat cor dis, tantorum liberatione populi orum.

¶ Constantinus imp. Arrium c. de h̄gr. cum adhærentibus, damnauit l. manic. in exilium, quia nolebat adhæsse concilio Nicæno.

¶ Theodosius imperator parvus L. Aarr. uit hæreticos Manicheos omnium bonorum possessione, & omni successione priuauit, admisit de super inquisitionem fieri post mortem. Idem decreuit cū Va l. q̄cūq. lentiniano, ne Manichæi in solo Romano cōueniēdi morandiq; habeat facultatē, decreuit quoq; eos ultimo supplicio tradēdos.

# DE HAERETICIS

¶ Idem statuit libros hæreticos  
rum diligentí studio inquiri, ac  
publice comburi. Valentinius,  
nus, & Martianus omnes dam-  
nauerunt hæreticos, & perpe-  
tua deportatione damnauerūt,  
tenentes libros contra calcedo-  
nense concilium. Ultimo sup-  
plicio coerceri mandarunt illis  
cita docentes, & denuo libros  
mandant comburi.

I. euit. 4 ¶ Educ blasphemum extra ca-  
stra: & lapidet eum omnis po-  
pulus. Cur non & hæreticum?

Heb. 6 ¶ Terra proferens spinas ac tri-  
bulos reproba est & maledicto  
proxima, cuius consumatio in  
combustione. Huiusmodi terra  
est hæreticus: q̄ hæretici sint spis-

z. R c. 23 ne Mat. 7. attēdite à falsis pphe.

¶ Prævaricatores quasi spinæ  
euellentur vniuersi, quæ nō tol-  
luntur manibus: et si quis tange-  
re voluerit eas, armabitur fers-  
to. & ligno lanceato, igneque

# COMBVRENDIS; 164.

succensæ cōburentur vſq; ad ni hilum. Sed qui magis præuaris cantur quam hæretici?

¶ Falsarij pecuniæ aut alij male factores per ſeculares principes iuste morti traduntur, cur nō hæretici falsarij ſacræ scripturæ?

## ¶ Obijciunt hæretici.

1. Apostoli nunquam petierūt à principibus terræ, vt vim inferrent hæreticis.

2. Euangeliū & Paulus nō hil huiusmodi docent.

3. Disputandum eſt cum hæreticis, & gladio ſpiritus vincen diſunt, quod eſt verbum dei.

4. Dominus mandauit fer **Mat. 13** uis ſuis, vt zizaniam permitterent crescere vſque ad meſsem, quę eſt finis ſeculi. Per zizaniam autem ſignificantur hæretici. Oportet hærefes eſſe vt iñ **1.cor. 11** qui probati ſunt maniſteſti fiant. Ergo &c.

# DE HAERETICIS

## Dilutuntur per Catholicos.

**De prio.** ¶ Hanc obiectionem mouerūt  
Donatistæ contra Catholicos,  
vt testatur Augustinus super  
Ioannem et alijs pluribus locis,  
Aug. & respōdet. Quis tūc in Christū  
crediderat Imperator, quod ers-  
go non fuit petitum ab aposto-  
lis, non fuit quia hæretici non  
mererentur, sed quia gladius gē-  
tilium principum & imperato-  
rum nondum seruiebat euange-  
lio, at mox Constantium bas-  
ptizatum implorabant Catholicos  
contra hæreticos. Nam si im-  
peratores puniunt furta, homici-  
dia, rapinas, adulteria, periuria,  
cur non punirent hæreses & fas-  
cilegia?

**De secū.** ¶ Decuit fidem euangeli, sicut  
nascendo non inniti humanæ sa-  
pientiae, ita nec humanæ potens-  
iae, vscq; quo diadema regum  
se inclinarēt saluatori: attamen

# COMBVRENDIS. ¶ 166.

Paulus desiderabat abscidi eos,  
qui conturbabant fidèles.

¶ Diuī Petri authoritate doceat De tert.  
mur, esse parati reddere rationē 1. Pet. 3  
omni poscenti, de ea quae in nos  
bis est fide, tamen Paulus satis  
indicat post alteram correptionem deuitandum hæreticū, non  
cum eo disputandū, & assignat  
claram rationē huius, quia sub  
uersus sit. Huius rei peritus Ter  
tullianus latissime ostendit, non  
disputandū cum hæreticis, quia  
potius sit stādum fidei antiquos  
rum, quam disputādum de scrip  
pturis. Et pluribus hanc rem  
agit, omnino depingens Luthe  
rum, quomodo tractet sacras  
literas.

## Appendix Tilmanni.

¶ Hæreticos eradicare per mor  
tem non est contra mandatum  
domini, quod est in eo casu in  
telligendū, quādo non possunt  
extirpari zizania sine extirpas  
f g

De quar  
to.

**A**Q<sup>U</sup>DE HAERÉTICIS  
tione tritici, vnde addidit. Ne  
forte colligētes zizaniā, eradice  
tis simul cum eis et triticum. Cū  
metus igitur iste non subsit, id  
est, quando ita crīmen cuiuscun  
que notum est, & omnibus exes  
crabile appareret, ut vel nullos  
prorsus, vel non tales habeant  
defensores per quos possit schis  
ma cōtingere, nō doriniat seueri  
tas discipline. Hæc Augustinus  
contra epistolam Parmeniani.

Dequit.  
Mat. 18.

**O**poret hæreses esse quem  
admodum & scandala necesse  
est eueniare, sicut ergo vñ homi  
ni per quem scandala eueniunt,  
ita & vñ illi per quem hæreses  
disseminātur: Oportet igitur vñ  
trax̄ esse, non quidem absoluta,  
sed solum conditionata necessis  
tate, qua necesse est, à Deo præ  
scita vel prædestinata eueniare,  
si coniunctim accipientur.  
Vel secundo oportet hæc es  
se necessitate finis, quatenus

utilia sunt ad hoc, vt n̄ qui probati sunt manifesti fiant vt apostolus subiungit, hoc est, vt fidem constantia in fide ecclesiæ comprobetur, & doctores pigritiam exutiant diuinæ scripturas sollicitius intuentes, vt Augustinus dicit: Hoc autem est per accidens præter, imo contra hæreticorum intentiōnem, qui fidem corrumpere, scripturas deprauare, innocentium corda seduccere, totis animi viribus adnituntur. Magis pre inde respiciendum est ad id quod est per se de eorum intentione, vt excludantur, quam ad hoc, quod est præter & contra eorum intentionem, vt sustineantur. Vel tertio necesse est ea evenire secundum hominum (qui sibi à peccatis & hæresibus non cauent) conditionem. Sicut exempli gratia, si medius aliquis videt aliquos indebita

1.cor.ii.

## CVM HAERETICIS

dieta vtentes dicat, necesse est tales infirmari, quod intelligendū est sub hac conditione, si dietam non mutent. Similiter quoque necesse est scādala cuenire, oportetq; hæreses esse quando homines conuersationem malam nō mutant, neq; prauorum quan- do à peruerſis hæreticorum dogmatibus non declinant, quando principes & communitatū rectores hæreticis nedum libes rum permittunt, imo ad hoc an niuis eos conducunt stipendijs, ut hæreses suas in populo diuul gent, imposito catholicis prædicatoribus silentio, ut ne mutire quidēm ipsis contra eosdem liceat. Quis igitur miretur hæreses esse oportere, hæc vbi ita se habent?

## NON DISPVVTAND. cum hæreticis. XXVIII.

# NON DISPVTAND*si*s.

**Q**uamuis de Luthero,  
& Lutheranis nō sit du-  
biū, quin sint hæretici  
damnati, & pro talibus haben-  
di, quia ipsi reuocant hæreses se-  
pe damnatas, Arrij, Manichæi,  
Iouiniani, Arrij, Vigilantij, Eus-  
tictetis, Felicis, Albigensiū, Vual-  
densium, Ioannis Vnicleff, Ioā-  
nis Hus, & aliorum hæretico-  
rum, ideo contra eos non est dis-  
sputandum.

**N**am Gelasius papa inquit. ca. maio  
Maiores nostri diuina inspiratis res. 24.  
one cernentes necessario præca q. i.  
uerunt, vt quod contra vnam  
quamque hæresim, coacta semel  
synodus, pro fide, communio-  
ne & veritate catholica atque apo-  
stolica promulgasset, non sine-  
ret nouis post hac retractationi-  
bus mutilari, ne prauis occasio-  
præberetur, quæ medicinaliter  
fuerant statuta pulsandi, & ea  
quæ sequuntur.

## ¶ CVM HAERETICIS

L. nemo ¶ Idem voluit Martianus Im  
C. de sū pe. Iniuriam facit iudicio reuerē  
ma trin. dissimē synodi, si quis semel iu  
& fide dicata ac recte disposita, reuolue  
catholi. re & publice disputare cōtēderit

¶ Vnde in septima actione Cal  
cedonensis concilij, Martianus  
inter cætera dixit( vt habes dis  
stinctiōe nonagesima sexta ca  
nos) Nos ad fidem confirman  
dam, non ad potentiam ostend  
dam, ad exemplum religio  
sissimi principis, augustissimiq  
Rhomani Imperatoris Con  
stantini, synodo interesse volui  
mus, vt veritate inuenta, non  
ultra multitudo doctrinis pr  
uis attractata discordet.

¶ Præterea hæretici non quæ  
runt disputationem, nisi multis  
malitijs inuolutā. Nam pleriq  
eorū adeo pertinaces sunt, vt li  
bere promittat se articulos vsc  
ad mortem defensuros, quare  
quet eos esse incorrigibiles ob

# NON DISPV TAND<sup>li69.</sup>

stinatos, & pertinaces, & qui nō  
sint docibiles dei, sed innitantur  
propriæ prudentiæ, & ponant  
obstaculum spiritui sancto.

¶ Itaerum patet de Lutheranis  
hæreticis, quod fraudulenter  
obtendunt disputationem, nam  
quærunt disputare non coram  
doctis & literatis ac in theolo-  
gia exercitatis, sed coram indo-  
ctis, vulgaribus laicis, quorum  
capacitas se nullo modo exten-  
dit ad iudicanda huiusmodi my-  
steria fidei.

¶ Nam quomodo hæretici ve-  
himent ad disputationem coram  
doctis, cum sciant theologos  
studiorum generalium Galliæ,  
Hispaniæ & Angliæ cōtra eos  
conclusisse, & studia, generalia  
Germaniæ, quæ fuerunt fama-  
ta in theologia, ante ortum hu-  
ius hæresis, similitet damnasse  
Lutherum.

¶ Addatur his, qd' in disputādō.

## CVM HAERETICIS

finē intendunt peruersum, scilicet quod ad se trahant laicos aliquin clericis oppido infestos, ut illos in odium cleri amplius accendant.

Præterea articuli Lutherani sunt huismodi, vt si in disputationem proponantur coram laycis, iam mysteria fidei nostræ, authoritas ecclesiæ, & conciliorum ludibrio exponātur. Nam qd' scandalum oritur nō modo apud simplices fideles, sed apud Iudæos & infideles, si audierint ea in fide nostra in dubium vocari, quæ à sanctis patribus & cōcilijs ante 1000. annos. 1200. ante 1300. fuerunt constituta & decreta, & ab ipso apostolorum tempore obseruata, quis vel micam habens fidei, vel prudentię, ista poterit iudicare disputanda, coram frigidis & male sentientibus laycis. Et quia dum constat de corum conuersione & pertinacia

# NON DISPVVTAND<sup>170.</sup>

nacia (nolunt enim admittere alium iudicem quam scripturā, quam volunt interpretari secūs dum propria capita) clare apostolus Paulus interdixit disputandum cum his. Noli verbis 2. Tim. 2 contendere, ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia Ibidem. generant lites. Stultas autē quæstiones & contentiones, pugnas Titum. 3 legis deuita, sunt enim inutiles & vanæ.

¶ Perdix fouit, quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio. Augu. lib. 13. contra faustū ca. 12. pulchre applicat. Perdix nimis contentiosum est animal. Ita & hæretici sunt contentiosi. Non enim disputare amant, sed quoquo modo superare impudentissima peruvicatia, ut cōgrent, quæ non pepererūt. Nam Christianos quos maxie Chris-

g

## **CVM HAERETICIS**

sti nomine seducūt, iā per ipsius euangelium natos inueniunt, hos colligunt ad eorum insaniam. Ideo pro proverbio usurpat Augusti. contra haereticos, perdix congregat quae non pesperit. Quo sit ut si non idoneus iudex detur, nunquam sit finis disputandi, idoneum autem iudicem non recipit haereticus, quia proprium est haereticorum, ait

**lib. 22** Augusti, contra Faustum, fugere disputationem. Nam semper reperiuntur temerarij, pertinaces & proterui, qui nullam satisfactionem solutionis recipiunt. Sicut Moysi restiterunt Iamnes & Mambres. Ita haeretici refiserunt veritati, homines corrupti, mente reprobi circa fidem, sed ultra non proficient.

**Chrysost. In homilia domini cę 18.** Audi homo fidelis, qui contra haereticū libenter contendis:

# ¶ NÓN DISPVTA ND<sup>i.71.</sup>

Si pharisæi placati sunt: & tu certando cōtra hæreticū potes eū placare, si eum viceris. Si autem Pharisæi, victi quidem sunt placati autē non sunt, quomodo tu poteris eos placare cū viceris? Nunquid Christo fortior es? vt quos ille non placauit, tu places? Orige. homilia Matth. 22. proprium est Saduceorū & omnium qui mendacij sunt doctores, obmutescere quidē, non aut tacere: nā et si obmutescunt quācum ad rem, non tamen tacent.

Catholici ergo debent vitare disputationem cum huiusmodi, quia honor est, ait sapiens, homini, qui separat se à contentationibus, nisi ubi idonei darentur iudiccs, tunc enim, vt manifestaretur gloria dei, tueretur veritas catholica, & hæretici perfidi confunderentur, esset omnino disputandum, sicut Stephanus disputauit Actu. 6. Prou. 20

## CVM HAERETICIS.

Paulus disputauit Act. 17. & 20.

Et ubi disputationis sententiā suscipere & pati volunt heretici, tot adhuc sunt catholici viri, quorum vnumquisque gladium habet accinctum super femur suum, qui adoriantur hereticos,

1. Re. 17 sicut David Goliam, in nomine domini exercitum, dei agmina

3. Esdr. 3 num Israel. Et veritas sub iusto iudice vincet.

## Auctarij præfatio.

¶ Quoniam noui morbi, occaſionem dant nouæ querendæ medicinæ, ea propter cum alios locos ædidiſsemus communes contra Lutheranos, verissimū comperimus, viam & ianuam per Lutherum apertam omnibus quid libet audendi. Sustulit enim Luther ( quantum in ipso fuit) sacrorum conciliorum au thoritatē, Romanorum pontificum iudicium, sanctorum &

deo amabilium patrum respon  
sa, ac studiorum generalium eō  
damnationes. Ut iam vnicuiq;  
phrenetico, vel melancholico,  
Saturnino, bis stulto cerebro,  
peruum sit omnia insana capis  
tis sui phantasmata, sacris myste  
rijs immiscere. O deus O tem  
pora. Cogimur ergo illorū im  
pietate, quāuis inuitissimi, hos  
adīcere locos.

**¶**SVB EVCHARISTIA  
esse uerū corpus Christi.  
**¶**Cap. XXIX.

**C**oenantibus autem eis, ac Mat. 26.  
cepit Iesus panem, & bes  
nedixit, ac fregit, deditq;  
discipulis suis, & ait. Accipite &  
comedite, hoc est corpus meū:  
& accipiēns calicē gratias egit,  
& dedit illis dicēs. Bibite ex hoc  
omnes, hic enim sanguis meus  
g 3

## ¶ SVB EVCHARISTIA

nouit testam̄ti, qui p multis efā fundetur in remissionem peccatorum. Significantissime Christus dixit, hoc est corpus meum & hic est sanguis meus, quid ergo clarissimis verbis & Christo repugnat?

Mar. 14.

Manducantibus illis accepit Iesus panem & benedicens frēgit, et dedit eis, et ait, sumite, hoc est corpus meum: & accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis, hic est sanguis meus noui testamenti, q pro multis effundetur.

Luc. 22.

Et accepto pane gratias egit & fregit & dedit eis dicens. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ecce quanta concordia euangelistæ

# ESSE CORPVS CHRI<sup>T</sup>73

indicent, corpus & sanguinem  
Christi tradita discipulis.

**P**anis quem ego dabo, caro **Ioan. 6**  
mea est pro mūdi vita, Christus  
dicit, panem quem datus sit  
esse carnem, hæretici negant. **I.cor. II.**

**E**go accepi à domino quod  
& tradidi vobis, quoniam do-  
minus Iesus in qua nocte trade-  
batur, accepit panem & gratias  
agēs fregit & dixit. Accipite &  
māducate, hoc est corpus meū,  
quod pro vobis tradetur, hoc  
facite in meā cōmemoratio-  
nē. Similiter & calicem postq  
coenauit dicens, hic calix nos-  
uum testamentum est in meo  
sanguine. Ecce quō Paulus ex-  
presse dicit, oblatū discipulis fu-  
isse corpus & sanguīnē Christi.

**C**alix benedictionis cui bene **I.cor. 10**  
dicimus, nonne communica-  
tio sanguinis Christi est? Et pa-  
nis quem frangimus, nōne par-  
ticipatio corporis dñi est? qm̄

## SVB EVCHARISTIA

vñus panis & vñū corpus mul-  
ti sumus, omnes qui de vno pa-  
ne & vno calice participamus.  
Hic clare Paulus ostēdit in qua-  
libet particula panis consecrat,  
participari corpus Christi, Iapi-  
deus est qui hæc alio torquet,  
quam ad corpus Christi.

1.cor. ii Probet autem seipsum ho-  
mo, & sic de pane illo edat, & de  
calice bibat, qui enim manducat  
& bibit indigne, iudicium sibi  
manducat & bibit, non dijudi-  
cans corpus domini. Clare lis-  
quet quod propter præsentiam  
corporis Christi, peccatum ab  
indigne sumēte pertinet ad cor-  
pus Christi, nemo enim, nisi ins-  
fanus, negat indigne manduca-  
tem eius reum esse quod mandu-  
cat. Instruit enim hic Paulus Co-  
rinthios necredant esse simplis  
cem cibum in altari, sed corpus  
Christi, quod qui indigne man-  
ducet reus sit eius, ideo signatis  
simi

# ¶ESSE CORPVS CHR. 174.

sime addidit. Non dijudicans corpus domni, id est, non discernerens ab alijs cibis. Hoc omniū ætatum omnes sancti patres in ecclesia tenuerunt, vnde contra tot clarissimos sacræ scripturæ textus desipere, extremæ temes ritatis est, & aliorum hæreticorum insaniam transcedit. Hanc hæresim aliquando docuerat Berengarius sancti Mauritiū Andegauensis ecclesiæ diaconus, sed Romæ coram Nicolao papa & tredecim archiepiscopis & centum episcopis abiurauit, casone ego Berengarius, de cons. dist. 2

## ¶ Obiectum hæretici Cap. pharnaite.

1. Christus inquit, pauperes semper habebitis vobis cum me autem non semper habebitis, at si esset in eucharistia semper eū haberemus. Mat. 26

2. Spiritus est q̄ viuificat, caro Ioan. 6  
h

## SVB EVCHARISTIA

non prodest quicquam. Si ergo non prodest, quid tantos pere contendit esse sub Eucharistia?

3. Augustin. super Psal. 4. Donec finiatur sæculum, sursum est dominus.

4. Aloquin falsificare turres articuli fidei, ascendit in cœlum, Sedet ad dexterā patris. Inde vēturus est: nam si est in cœlo, quō erit in altari: quia idē corpus in duobus locis esse nequeat.

Andreas Bodenstain Carolo stadius, primus resuscitator huius hærefis sepultæ, adducit illa pro errore suo.

1. Si Christi corpus et sanguis esset in sacramento, sequeretur panem pro nobis esse crucifixū.

2. Christus non dixit accipite corpus meū, sed accipite panē.

3. Panis non fit melior per hoc murmur & anhelare sacerdotum, quis enim dedit potesta

# ESSE CORPVS CHR<sup>I</sup>STI.

tem hanc sacerdotibus?

4. Alioquin cum in cœna Christus habuerit corpus mortale & iam immortale, iam non verum esset de illo dici, quod pro vobis tradetur.

5. Christus ait. Si quis vobis Mat. 24. dixerit hic est Christus, aut illic, nolite credere, ergo non credamus, si dicunt in ista hostia est Christus, aut in ista hostia.

6. Increpat catholicos quod appellant eucharistiam sacramentum, nam apostoli non sic nominauerunt, deus dat creaturis suis nomina non homines.

Paulus autem appellat coenam domini, panem domini, calicem. &cæt.

7. Coena dñica sufficienter his verbis est instituta Iesus accessit panem, gratias egit & fregit & dedit discipulis suis & dixit, accipite & manducate, hoc facite in meā cōmemorationē. Et ista

## ¶ SVB EVCHARISTIA

verba, hoc est corpus meum,  
sunt impertinentia, & quasi per  
parenthesim interiecta.

8. Verba Pauli. i. Cor. 10. vi  
tare nititur, quia ibi Apostolus  
Paulus non loquatur de com  
munione, id est sumptioe sacra  
menti, sed de communione pa  
ssionis Christi, quae fiat eiusdem  
remembrance.

9. Sic verba i. Cor. 11. existis  
mat locum habere in indigne  
commemorantibus.

Ecce haec Zuing. & Oecolampadius  
reticorū duo vaſa erroris bellantia, Ca  
incōſtan roloſtadij ſententiam amplexi  
tiam. ſunt, fundat ſe Zwinglius in illo  
Zuinſ Ioan. 6. Caro non prodeſt quic  
glius in quam. Tum ut claros euangeliū  
ſuo can. teſtius eludant, aiunt. Eſt ſumi  
dixit in actu ſignato, nō exérſito, ut  
corpus ſophistæ in Cathegorijs dicūt.  
Chſieē Videntes enim abſurdissimam  
in eucha eſſe Carolofstadij torsionem, ſic  
riſtia, ſi fr cuadere nitūtur. Hoc eſt. i. ſignis

# ESSE CORPVS CHRI. 178

gnificat, corpus meum, vel hoc **Cecolā**  
est corp*o*. i. figura corporis mei. padius **i**  
**duobus**

**Repelluntur illa a Catholicis.** sermoni

**Christum nos semper habi**bus, im  
turum, fatetur veritas Matthæi pius cū  
ultimo. Ero vobis cum usq; ad venerit  
consumationem sæculi. Ideo cū in pfun  
ait, me non semper habebitis, ac dum.  
cipiendum est secundum præsen  
tiam corpoream humanæ con  
uersationis, neq; enim iam vngi  
tur, lauatur, tergitur &c.

**Profecto si caro non prode**s **Descd'o**  
rit catholicis, ne panis proderit  
hæreticis. Porro nec hæreticus  
dicturus est, carnem Christi nō  
profuisse in cruce. Adde quod  
non sequitur, non prodest, ergo  
non est in sacramento, nisi &  
hanc admittas illationem, ergo  
non est in cœlo. At si accutius  
inspiciamus, hæretici sensum  
Christi non assequuntur. Non  
loquitur Christus de carne sua

h ,

## SVB EVCHARISTIA

non enim ait, caro mea nō pro-  
dest quicq̄, hāc sūniā habebant  
Iudæi, qui abierunt retro, existi-  
mantes carnem Christi visibili-  
ter, sub specie carnis dentibus di-  
reptam dilaniari.

De ter. **F**atemur sursum esse dñm in  
cœlo, sed entem ad dexteram pa-  
tris, in forma visibili & quanti-  
tatiua, qui tamē sub specie panis  
latet inuisibilis sacramentaliter.

De quart. **V**eritas Eucharistiae non pu-  
gnat cum articulis fidei: Nam  
quia apud deum non est imposs-  
sibile omne verbum, poterit fa-  
cere vnum corpus esse in pluris  
bus locis, cum natura possit us-  
nam essentiam animæ in pluris  
bus mēbris facere, in manibus,  
pedibus, Aug. Itē Christus ē in  
cœlo, & tamen apparuit Paulo  
Act. 9. 22. & 1. Cor. 15.

De prior. **Q**ue Carlostadius ex Saxo  
nia relegatus, odio Luht. effus-  
dit, oīa sunt tā ipia & obtusa ut

# ESSE CORPVS CHR<sup>I</sup>STI.

respōsionē nō mercāt, dicamus  
¶ Forte Luther haberet cō (tñ.  
cedere, panē esse crucifixum per  
communicationem idiomatū,  
at quia catholici lōge absumus  
ab illa hæresi, quod pānis ma-  
neat in Euchasistia, ideo illatiq  
Caroloſtadij non admittitur.

¶ Non est verū quod assumit De ſecū.  
Caroloſtadius, non enim ins-  
quit accipite pānem, ſed pane  
porrecto ait, accipite & comeſ-  
dite, hoc eſt corpus meū. Quid  
autē intereft dicere, accipite cor-  
pus meū, & porrecta manu diſ-  
cere. Accipite hoc ē corp⁹ meū.

¶ Nemo dicit quod p̄ sufflare, De ſett.  
aut anhelare, ſeu murmurare,  
pānis fiat melior, ſed quando ſa-  
cerdos ſecundum institutionem  
Christi, dicit verba conſecratio-  
ria, quibus deus ſua virtute diſ-  
uina omnipotenti aſſiſtit, & ſub-  
ſtantiam pānis in corpus ſuum  
conuertit & vinum in ſanguis.

## SVB EVCHARISTIA

nem. Hanc autem potestatem à Christo acceperunt apostoli, eo dicente, hoc facite in meam commemorationem. Ideo Pau Ius ait. Ego accepi à domino quod & tradidi vobis, &c.

**D**e qua **¶** **E**t si corpus Christi iam sit immutabile, neq; sacerdos dicit ille

**R**om. 6 **I**ud esse tradendum, qui nouit quod Christus ultra non moritur, sed renarrat Christum talia dixisse in coena, quod est verum, tunc enim (non modo) corpus Christi tradendum erat, & sans-guis fundendus.

**D**e quā **¶** **Q**uod Christus dixit de regno suo fidei, haereticus accipit de corpore Christi, praeuidit salvator futurum, ut Hussitae dicerent Christum stare pro eis. Luthерani his aduersi, asserunt Christum pro eis esse, Carolo statinos excludentes. Zwingiani de Christo se iactitant. Rebaptizatores soli Christum sibi vendis

# ESSE CORPVS CHR. 178.

cant, ab his hæreticis monuit  
nos dominus.

**V**ana est Caroloftadij iactāz De sext.  
tia, nam cum constat de re fru-  
stra certatur de nomine, nec de-  
us creaturis nomina dedit, sed  
**A**dam, neç sacramentum est Gene. 2  
falsum signum, vt ille iudaizās  
nebulo ecclesiam irridet, q̄ sit se-  
kerment, nā ab apostolis ad nos  
vſq; deuenisse sacramentorum  
appellationem ex Dyonifio lis-  
quet, qui libro de ecclesiastica  
hierarchia appellat eucharistiā  
synaxin, & iuxta inclytum præ-  
ceptorem suum ait, eam esse sa-  
cramentorum consummatio-  
nem, sacrosancta & augustinissi-  
ma illius dicit mysteria & diui-  
na munera, & in communi dis-  
cit sacramenta.

**Q**uod ipse dicit negamus, nā  
hoc est corpus meum in medio  
connectitur cōiunctissime alijs  
verbis, & puerile ē accipere ex-  
b s

# SVB EVCHAR ISTIA

trema ad cœnam, & media pro-  
pria autoritate excludere, pros-  
bet ipse hanc dissolutionem ex  
scriptura, nam nec stulto satissa  
ceret, quod inquit punctum præ  
figi orationi & à magna litera  
principiari. Hoc, Hui hoc est  
thecologum præstare, ex magnis  
literis & punctis certare, explos-  
dantur sophistæ ex theologia,  
& assumantur punctistæ cum  
illis magnis literis capitalibus.  
Puerilia sunt quæ garrit de tut-  
to, naturalis consequentia ver-  
borum non patitur, nisi quod  
demonstrauerit porrectum pa-  
nem in manu, ideo significans  
tius additum est hec. Et expens  
de quæ Luther hic dicit contra  
Caroloſtadium, expugnat Lu-  
therum in sua torsione istorum  
verborum. Tu es Petrus, & su-  
per hanc petram ædificabo ec-  
clesiam meam.

De octa. Lacerat Carlstat Paulū, nam

# ESSE CORPVS CHR<sup>S</sup>i 79.

cum solis intendit allegorijs, li-  
teram & spiritum vna amittit,  
certum est Paulum loqui de cō-  
munione & participatione eu-  
charistiæ, non passionis. Por-  
ro communicatio passionis est  
solum bonorum, participatio  
eucharistiæ est communis di-  
gnis & indignis, bonis et malis.

¶ Similiter lacerat Paulum, nā De non.  
Paulus loquitur de manducan-  
tibus indigne, iste torquet ad  
commemorantes indigne, quū  
illa sint diuersa, licet uterque pec-  
cat, scz indigne communicans  
& indigne commemorans.

¶ Zuingl. & Oecolampad. hu De quit.  
ius erroris confortes vides p̄cipal.  
runt Carolostadij expositio-  
nem ad illa verba, hoc est cor-  
pus meum, esse violentam, du-  
ram & audacem, atque plurimum  
à vero aberrantē, placuit tamen  
eis impetas, unde expositionē  
commenti sunt nugacissimā, &

**VVB EVCHARISTIA**  
plusquam sophisticam. Est accipiatur pro significat. Ita addet  
cet nouos euangelicos puram  
literam scripturæ sequi, id est la-  
cerare. Vnde etiam à Luthero  
& Bugenhagio irridentur. Et  
corum impietatem sic funditus  
destruas.

1. Primo insanit Hausschein  
dum ait, hoc est corpus meum,  
id est forma corporis mei, quia  
& sibi & catholicis contradicit,  
omnium enim sententia ibi est  
forma panis, etiamsi apud cat-  
holicos credatur esse corpus  
Christi, tamen sub forma panis  
visibili. Vide Augusti de sen-  
tentia Prospere.

Zuingl. 2. Secundo depræhenditur  
infidititia Zwingli & Oecolampa-  
di, dum in locutione metapho-  
rica existimant, est, valere signi-  
ficiat. Vnde in hanc impietatem  
ex ignorantia dialecticæ veni-  
runt, vnde postea in symbolicâ

errant theologia, & vt videantur non progredi eorum doctrinam intucantur illud tritum Lupus est in fabula, an est hic exponant Bardi illi pro significatione. Item in illis symbolis Iohannes decimo immittant suum significat. Mercenarius, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum. Ego sum pastor bonus, id est, ego significo bonum pastorem, & cognosco oves meas. O stupidi, insensati & indoctissimi hæretici.

3. Tertio sophismata Occasus lamp. torquentis sententias patrum, maxime Augustini facile vitabimus, si aduertemus eucharistiam signum dici.

¶ Primo, ratione specierum sensibilium panis & vini.

¶ Secundo, quia etiam corpus Christi verum, est signum corporis Christi mystici.

¶ Tertio, quia eucharistia sumus

## VVB EVCHARISTIA

ptæ est signum gratiæ, sumenti  
collatæ.

**A**Et quarto, cum corpus Christi sit ibi non modo circumscripsiue, sed suus modus essendi insit spiritualior, etiam signi aut formæ nomine designatur, licet nihilominus adhuc vere ibi sit corpus Christi.

**A**Quarto quia tres euangelistæ & Paulus nullam indicant metaphoram, sed idem tice enuntiant, hoc est corpus meum. Et toties repetunt, neque alibi ex scriptura docebunt hic esse metaphoram, neque fide docemur hic esse metaphoram, quare in sensu proprio est accipiendum, Hoc est corpus meum. Delirat enim Zwinglius, est alicubi in sacris literis accipi pro significat. Sed omne delirium superat. Si alicubi est acciperetur pro significat, ergo hic accipitur, sed deceptus fuit ex ignorantia logicæ.

# ESSE CORPVS CHR<sup>A</sup>TISI.

Cum enim Christus dicit se vitam Est non ponitur pro significat, nam obtusitas eius agnoscetur, ponendo in textu.

Ego sum vitis vera, id est significo vitam veram, hoc secundum Zuinglium, cum tamen Christus non significet vitam, sed significetur per vitam.

Porro quinto clarissimo textu euangelico accedit consensus totius ecclesiæ catholicæ, & potentissima miracula in hoc venerabilissimo sacramento diuinitus monstrata, pereant igitur hæreticorum nugacia sophismata, deliræ impietas, indos etissimæ torsiones, ac violentæ sacræ scripturæ expositiones.

Cum unus Lucas omnia eorum somnia excludat, cum narret Christum dixisse. Hic calix nō uum testamentum in sanguine meo. Amant enim hæretici græca, in quibus nō legitur est.

## DE EUCHARISTIA

Et tamen identice, calix nouū testamentum dicitur, non certe in vīno, sed in meo sanguīne, non enim est testamentum sine sanguīne. Vide Paulum ad Hæbraeos nono.

Psal. 108 ¶ Attende quomodo hæretici moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Oecolampadius anno M. D. 24. mense Iulio indignabatur sanguinem Christi denegatum fidelibus in synaxi: & anno nōs dum euoluto ipse cum complis cibus hæreticis denegat fidelibus, & corporis et sanguinis Christi. Similiter Zwinglius. Carolo stadius postq; tantum incendium de sacramento sufflauit, iam pālinodiām cecinit, non proposita se ista ut credēda, neq; ista fore asserta ex spiritu, aut sacrī literis, sed certius indaganda ex proprio capite ab eo esse proposita.  
Eccl. 27 Vide quō stultus vt lūa mutat. Debap

puerorum.

¶XXX.

**H**oc est pactū meū quod  
obseruabitis inter me & Gen. 17.  
vos &c. Infans octo dies  
rum circūcidetur in vobis &c.  
Masculus cuius præputij caro  
circumcisa non fuerit, delebitur  
anima illa de populo suo, quia  
pactum meum irritū fecit. Mos  
do hoc videtur baptismus in ec  
clesia, quod circumcisio in syna  
goga. Sicutenim per circumcis  
sionem paruuli Iudæorum ins  
cluduntur cum pacto diuino, sic  
& paruuli Christianorum non  
sunt excludēdi à pacto dei, qua  
re pueri sunt baptizandi, contra  
rebaptizatores, & puer non ba  
ptizatus damnatur lege com  
muni, contra Zwinglium, qui  
dum vnam hæresim rebaptiza

i

# ¶ DE BAPTISMO.

torum vellet destruere, alias descendem docet deteriores, contra expressas scripturas.

**Mar. 10** ¶ Sinite paruulos venire ad me & ne prohibueritis eos, talium est enim regnum dei &c. & complexans eos & imponens manus super illos, benedicbat eos: male faciunt ergo rebaptizatores, prohibentes pueros per baptismum venire ad Christum.

**Mat. vi.** ¶ Baptizate omnes gentes, ergo etiam paruulos.

**1.cor. 10** ¶ Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes baptizati sunt in mari & nube, Certum, autem est, quod etiam paruuli fuerunt sub nube, & ita figuraliter baptizati.

¶ Baptismus non est reiterabilis sine sacrilegio, unde Paulus.

**Hebr. 6.** Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt enim donum coeleste &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad

# SPVER ORVM<sup>158</sup>

poenitentiam. Non negat reites ratione poenitentie ut Nouatia nus, sed renouationis i. baptismi.

¶ Accedit ictus & authoritas totius ecclesiae ab ipso apostolorum tempore, cui merito omnes filii deuoti debent parere.

Dionysius de ecclesiastica hie Dio. c. 7  
rarchia, cuan dixisset pueros qui nec dum possent intelligere diuina, sacri baptismatis fieri participes, subdit. Istud cum pri-  
fimis ducibus nostris ( ita solet appellare apostolos ) in mens-  
tem venisset, visum est admitte re infantes hoc modo, ut natu-  
rales oblati paruuli, parentes-  
puerum vni ex fidelibus, tra-  
dant praeclaro diuinorum res-  
rum magistro, in hunc praeful-  
spondentem puerum iuxta san-  
ctam educatam vitam requi-  
rit, vt ab renunciationem pro-  
fiteatur, fidemque fateatur. Ecce-  
pueros baptizatos ab apostolis

# ¶ DE BAPTISMO

sub sponsione patrindorum.

Cypria. ¶ Cyprianus & totum concilium Aphricanum ad Fidū, qui opinabatur pueros intrā secundum & tertium diem constitutos, non debere baptizari. Respondet Cyprianus. Longe alius uidet in concilio nostro omnibus visum est, in hoc enim quod tu putabas faciendum, nemo consensit, sed vniuersi iudicauimus nulli hominum nato misericordiam dei & gratiā denegādam. ¶ Origenes super epistola ad Romanos.

Augu. ¶ August. super Gen. lib. 10. c. 23. Consuetudo matris ecclesiae in baptizandis paruulis nequas quam spernenda est, neq; ullo modo superflua deputanda, nec omnino credenda, nisi apostolica esse traditio. Egit hanc causam duob; libris ad Marcellinū, sub titulo, de peccatorum mercis & remissione, hos libros vidit Hie

ronymus, & laudauit.

Hieronymus libro tertio aduersus Pelagianos affirmat parvulos baptizari, ut eis peccata in baptismate dimittantur.

Primus parabaptista fuit Asgrrippinus Chartagineñ.

Concilium Mileuitanum cōtra Pelagianos hæreticos canos retici a.s. 77. Item placuit, ut quicunq; nathæati parvulos recentes ab vteris zantur. matrum baptizados negat, aut dicit in remissionem quidē peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauachro regenerationis expictur, vnde sit cōsequēs, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit: hic à sacro cōcilio anathemate p̄cutitur Baldafar Hieb mair cum suis rebaptizatoribus, negantes baptismū parvorum.

## ¶ DE BAPTISMO

2. Ipse Zwinglius, qui negat peccatum originale in pueris. Ideo non deleatur in baptismo, unde volens haeresim de pueris non baptizandis destruere, decem alias affert haereses, quarum & illa una est, pueros catholico rum &c. non baptizatos saluas tri, additio Augustini ubi supra capite 33. similiter Hieronymum.
3. Tertio quidam nouellus haereseticus Eberhardus Vuiedense Canonicus regularis, apostata Halberstadiensi: qui concedit quidem peccatum originale, tamen ait incertum an puer baptizatus moriens saluetur, quia nescimus an recipiat fidem, & sic, si non recipiat fidem remanet filius irae damnationis. Ecce in quot capita scinduntur haeretici, contra 1. Cor. 2 apostolum. Non id ipsum dissententes omnes. Ratio id evincit in fide fundata, habent enim pec-

catum originale aliena præuas  
ricatione contractum, cur ergo  
pater misericordiarum domi-  
nus non instituisset eis remedii  
um, vt & aliena voluntate coo-  
perante sanarentur. Quod autem  
peccatum contrahant pueri, lis-  
quic ex Augustino & Hierony-  
mo, vbi supra contra hereticos  
Pelagianorum, & probatur, Ec Psal. 50  
ce enim in iniquitatibus conces-  
ptus sum, & in peccatis conces-  
pit me mater mea. Eramus na Ephe. 2.  
tura filij irae sicut & cæteri. Om Roma. 3.  
nes enim peccauerunt & egent  
gloria dei. Sicut per unum hominem  
in peccatum in hunc mun-  
dum intravit, & per peccatum  
mors, & ita in omnes homines  
mors pertransiit, in quo omnes  
peccauerunt, hic apostolus dicit  
in quo omnes peccauerunt, &  
Pelagiani & Zuinglius audent  
dicere, parvulos non peccasse.  
**In quinta synodo Constantino-**

## ¶ DE BAPTISMO

poli fuerunt damnati Parabapti  
stæ Zoara, Syrus monachus,  
Seuerus antiochenus, Pet. an  
tiochenus Antymus Trapezun  
tius, Petrus Apamarum.

Rom. 5. ¶ Et infrà. Si in vnius delicto  
mors regnauit per vnum, multo  
magis abundantiam gratiæ  
& donationis & iusticiæ accipi  
entes in vita regnabunt ( etiam  
paruuli in Christo regenerati)  
per vnum Iesum Christum. Et  
infra. Sicut per inobedientiam  
vnius hominis peccatores cons  
tituti sunt multi &c.

1. Cor. 1. ¶ Gratias ago deo meo, quod  
neminem vestrum baptizauini  
si Crispum & Caium, ne quis  
dicat quod in nomine meo bap  
tizati sitis. Baptizaui autem &  
Stephanum domum. Si totam do  
mum baptizauit, ergo & paruu  
los huius domus.

1. cor. 15. ¶ Sicut in Adam omnes mori  
untur ( etiam paruuli) ita & in  
Christo

**PVERORVM.** 186.

Christo omnes viuiscabuntur,  
etiam paruuli. Hoc autem non  
nisi per baptismum, per quem  
Christo incorporantur.

Rom. 6

**Contra rebaptizatores, pro  
baptismo puerorum Oecolam  
padius argutatur.**

1. Rebaptizatores contem-  
nunt usum Christianæ com-  
munitatis.

2. Inductiua est illa sententia  
sectarū schismatū & seditionū.

3. Quis ita docuit hactenus,  
aut quis consuetudinem hanc  
obseruauit?

4. Quando tamen incepimus  
est in ecclesia pueros baptizari,  
si aliquando non baptizabatur.

5. Si pueri non sint baptizan-  
di, hoc probent prohibitum ex  
scripturis.

6. A tempore Apostolorum  
baptismus non fuit prohibitus  
pueris.

7. Vultis tot centena milia  
k

## YDE BAPTISMO

baptizatorum infantium non  
acceptare pro Christianis fra-  
tribus.

8. Zwinglius inuehitur in eos  
quod non obtinebunt victori-  
am, quia etiam ante mille annos  
hoc attentantes succubuerunt.

9. Indignatur eorum nouita-  
ti. Si ergo res progressa esset, in-  
quit, qd quodlibet caput obli-  
quum (quamprimum aliquid  
noui & rari in phantasiam ve-  
niret ) mox sectam adhæren-  
tem excitaret, tot futuræ essent  
sectæ, & schismata, vt Chrs in  
multa partiretur. Et infra, quod  
libet caput melancholicum, Sa-  
turniū, & singulare nititur pro-  
priam sectam erigere.

10. Licet baptismus pueroru-  
non sit clarus ex scripturis sa-  
cris, sicut & alia multa, tamen  
quia non sunt contra deum: sed

Antithe cum deo, ideo suscipienda.  
sis.

Hæc recensuimus, vt intelli-

gant catholici, quomodo hæretici nequeūt se defendere contra hæreticos, nisi armis ecclesiæ. Nam quod Cyprianū Augustinum & cōcīlīum Mileuitanum inducunt, quando Catholici id facerēt, clamarent patres patres, Ponamus rem ante oculos.

1. Et Luther & Oecolampadi us reñciunt vsum ecclesiæ in baptismo, & missa, & omnibus.
2. Et hæresis Lutheri multas iam protulit sectas, et seditiones tam cruentas, quales non sensit antea Germania, Vnde plus q̄ centena milia hominū periēre.
3. Quis ita docuit, vt lingua Germanica baptizaretis: vt sacerdos Zuingl vxorē duceret: & Oecolampadius votum ac ordinem reñceret apostata:
4. Si aliquādo non fuit Quas dragesima in Ecclesia, quando ergo incepit: aut si olim non erat confessio ecclasiastica,

# DE BAPTISMO

(quam auricularem vocant)  
quando incepit?

5. Probant hæretici, Non exorcizandum puerum, non habendos patrimos. Matrimonium non esse sacramentum, confessionem non faciendam sacerdoti, & mille huiusmodi, quæ prohibent, probet inquam prohibita in scripturis.

6. A tempore apostolorum non fuit prohibitus cœlibatus, benedictio cereorum &c.

7. Vultis tot centena milia confitentium, in missa offerentium, eucharistiam adorantium, vota religionis seruantium, non acceptare pro catholicis, angustissima erit via ad Christum.

8. Nec tu obtinebis victoriā contra imagines sanctorum, contra eorum reliquias, contra peccatum origiale, quia Feliciani, Huidiani, Pelagiani ante mille annos hoc attētates succubuerūt.

# PVER OR VM. miss.

¶ 9. Indignantur omnes catholici super tot hæresum nouitatem, quod quilibet pro suo capite mutat & cōfundit missam, baptismum, communionem, & omnia officia ecclesiæ.

¶ Dolent catholici permitti hereticis, tot sectarum nouitates, sunt Lutherani, Carolostatini, Zuingiani, Oecolampadij, Re baptizatores, Capharnaitæ.

¶ Cur ergo Luther, Billicanus, Carlstat, & tu ipse, nihil admiscebatis, nisi quod claris scripturis sacris probaretur. Existimabat validum esse argumentū in theologia. At non legitur, ergo non est, cur iam traditiones hominum capessitis, quæ vertigo cerebrum vestrum dementauit? Vbi est Zuinglij argumentum cornutum, tui fratris Baldasaris Friburgensis? Supratitulo. 16.

¶ Objiciunt hæretici.

k ;

## ¶ DE BAPTISMO

**Mar. vi. 1.** Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ, q[uod] crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, ergo soli credentes baptizandi.

**Mat. vi. 2.** Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæ cunctæ mandaui vobis.

3. Eunicho nunciabatur pri-

**Actu. 8.** ut euangelium antequam bap-

**Act. 10.** tizaretur, similiter Cornelio.

4. Cur duntaxat ter baptizabant in anno antiquitus, si pueri natimox baptizandi sunt?

5. Nicolaus papa incepit baptizare pueros, sed scriptura baptismum puerorum ignorat.

### ¶ Respondent catholici.

De prio ¶ Christus loquitur de adultis, & secū. tam apud Marcum quam Mattheum. Notent tamen Lutherani ex verbis Christi non sus-

# PVERORVM. 189.

ficere, credere & baptizari, sed  
oportere seruare omnia quæ  
mandauit Christus.

¶ Docentur etiam & credunt Aug. ad  
paruuli in ecclesia saluatoris per Bonifa.  
alios, sicut ex alijs quæ in bap<sup>s</sup> De cōf.  
tismo remittuntur peccata tra<sup>s</sup> di. 4. ca.  
xerunt. Idem Mater ecclesia, os: Mater.  
maternum paruulis præbet, vt  
sacris mysterijs imbuātur, quia  
nōdum possunt corde pro<sup>s</sup>  
prio credere ad iusticiam, nec Rq. 10  
ore proprio confiteri ad salus.  
tem. Si autem propterea recte  
fideles vocantur, quoniam si-  
dem per verba gestandum  
quodammodo profitentur, cur  
etia<sup>m</sup> non poenitentes habeātur cū  
per eorūdem verba gestātu<sup>m</sup>,  
diabolo & huic seculo abrenun-  
ciare monstrarentur. Hæc ille.  
Cuius assignatur ratio, quia  
regeneratio spiritualis, est quos  
dammodo similis natiuitati car-  
nali, quantum ad hoc quod sia-

## DE BAPTISMO

ut pueri in maternis vteris cōstituti, non per seipsoſ nutrīmēſ cum accipiunt, ſed ex nutrīmen‐to matris ſuſtentantur: ita etiam puerinondum habentes vſum rationis quaſi in vtero matris ecclesiæ conſtituti, non per ſeipſoſ ſed per actūm ecclesiæ ſalutem fuſcipiunt. Et ita fides alie‐na, puta ecclesiæ parentum, & patrimoniorum offerentium pa‐uulos ad baptismum ſufficit eiſ ad ſalutem, ſicut fides offerentiū paralyticū, quorum fidem vi‐dēa Iefus ait illi, Cōfide fili, remi‐tētur tibi peccata tua. Ita fides cēturiōnis obtiuit puero ſuo ſa‐lutem. Et fides mulieris Chan‐neſe impetravit filiæ ſuæ à de‐monio poſſeffæ liberationē &c.

Mat. 9

Mat. 8

Mat. 15

De tert.

De quaer.

co.

L'Eunuchus fuit adulthus & ſiſ militer Cornelius.

Illud fuit pro adultis non pro pueris, & bis tantum fiebat ſo‐lemnis baptismus adultorum in

# ¶ P V E R O R V M . 190.

Pascha & Pentecoste, Non ter  
vt Oecolampadius somniat, ve  
lut ex Siritio, Leone, Gelasio &  
Gerundinensi concilio liquet.

¶ Non esse Nicolai papæ inuen  
tum, ex Hieronymo, Augustis  
no & Cypr. liquet, q. 400. aut  
600. annis Nicolaū præcesserūt.  
Nulla vidi scripta rebaptizato  
rum, audio esse plærunc homi  
nes indoctos, temerarios, & qui  
latinam linguam non calleant,  
vno dempto Balthasare Hiebs  
mair Fridbergerio: qui narratur  
esse author huius perditæ sectæ,  
is dum communionem sedis Combu  
stus est  
apostolicæ haberet, doctoratus  
honore fungebatur. Det ei deus  
vt possit lumen cernere verum.

1528.

# ¶ D E LIBERO AR bitrio. XXXI.

k s

## DE LIBERO

Hæretis  
corū ins-  
fania.

**H**AERETICI HIC RESUSCITARUNT  
olim extictam hæresim  
Manichæi , primo quidē  
negarunt liberum arbitrium se  
habere actiue ad bonum opus,  
quia illud totum & totaliter fies-  
ret à deo, dein Luther insanus  
factus negauit omnino liberū  
arbitrium, quia omnia dc necel-  
sitate absoluta eueniunt, quod  
olim stupidi Stoici, Empedocles,  
Critolaus, Diodorus, &  
alij errantes dixerunt.

Gene. 4

**D**IXIT dominus ad Cain. Nō  
ne si bene egeris, recipies: si nau-  
tem male, statim in foribus pec-  
catum tuum aderit, sed sub te es-  
tit appetitus eius, & tu domina-  
beris illius: hic deus facit liberū  
arbitrium dominum. Luther in  
ignominiam creatoris, facit il-  
lud seruum necessitatum.

Deut. 30

**M**andatum quod ego præcis-  
tio tibi, nō est supra te, sed iuxta  
te est sermo valde, in corde tuo

**ARBITRIO.** 191.

ut facias illū. Consydera quod hodie proposuerim in conspe-  
ctu tuo vitā & bonum, & econ-  
trario mortem & malum: infrā  
testes inuoco hodie cōlum &  
terram, quod proposuerim vo-  
bis vitam & bonum, benedicti-  
onē, etc. clige ergo vitā, & viuas  
& semē tuū: Electio pertinet ad  
liberū arbitriū, cōcordat sapiēs.

**E** Deus ab initio constituit ho- Eccle. 15  
minem, & reliquit illum in ma-  
nu consilij sui, adiecit mandata  
& præcepta. Si volueris man-  
data conseruare conseruabunt  
te, apposui tibi aquam & ignē,  
ad quodcunq; volueris porridge  
manum tuam. Ante hominem  
vita & mors, bonum & ma-  
lum, quod placuerit ei, dabitur  
ei, nihil expressius dici poterat  
pro libero arbitrio.

**E**t eligerent magis mortem, q Hier. 5  
vitam, omnes qui residui fue-  
rint de hac cognitione pessima.

# DE LIBERO

- Iob. 5 ¶ Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manus suarum.
- Iosu. vi. ¶ Optio data est Iudeis, an desum sequi velint.
2. Re. 24 ¶ Optio data David eligendi plagam ex tribus.
- Nu. 30 ¶ Optio data est viro in voto uxoris. Modo optio non est sine libero arbitrio.
- Eccle. 51 ¶ Qui potuit transgredi et non est transgressor, facere mala & non fecit.
- Esaie. 56 ¶ Fecistis mala, quoniam posuistis.
- Psal. 50. ¶ Voluntarie sacrificabo tibi.
- Sapi. 16 ¶ Substantia tua, dulcedinem tuam quam in filios habes ostē debat, & deseruiens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertereatur.
- Mat. 25. ¶ Ait seruus. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alii quinque lucratus sum. Lucrati non potuit, nisi liberum arbitris

## A R B I T R I O . 192.

um haberet se actiue , alioquin diceret se decem talenta accepisse , Concordat Paulus.

Ego plantavi , Apollo rigau 1.cor. 15 uit , sed deus incrementum dedit Infrà. Dei .n. sumus adiutores.

Abundantius omnibus labore 1.cor. 13 rau , non ego sed gratia dei mes cum , simul ergo operantur liberum arbitrium & gratia , ut ait Hieronym. Et Bernardus dicit apostolum fuisse socium operationis.

Audiantur prophetæ. Ani Psal. 118 ma mea in manibus meis sem & 107 per. Paratum cor meum deus , paratum cor meum. Si volueri Esa. 1 tis , & audieritis me , bona terræ comedetis , qđ si nolueritis , & me ad iracundiam prouocaueritis , gladius deuorabit vos.

Redite preuaricatores ad cor Esa. 46.

Ecce locuta es & fecisti mala , Hier. 3 & potuisti.

Proiçite à vobis omnes ini Ezec. 18

# VDE LIBER.Q 1

quitates vestras in quibus præ  
uaricati estis, & facite vobis cor  
nouum, & spiritum nouum, &  
quare moriemini domus Israhel,  
quia nolo mortem morientis,  
dicit dominus deus. Reuertimis  
ni & viuite. Et antea dixerat. Si  
impius egerit poenitentiam ab  
omnibus peccatis suis & cæt. in  
iustitia sua quam operatus est,  
viuet. Operatur ergo, non solū  
recipit iustitiam.

Zach. 11. ¶ Conuertimini ad me & ego  
conuertar ad vos, ait dominus  
exercituum.

Mat. 23. ¶ Hierusalem quoties volui  
congregare filios tuos, quem  
admodum gallina congregat  
pullos suos sub alas, & noluisti.  
Deo volente homo non vult  
per liberum arbitrium.

Mat. 19. ¶ Si vis ad vitā ingredi, serua  
mādata. Cum multis similibus.

1.cor. 14. ¶ Spiritus prophetarum pro/  
phetis subiectus est.

## A R B I T R I O . 193.

**¶** Qui statuit in corde suo firmo, 1. Cor. 7  
non habens necessitatem, potest  
statem autem habens suæ vo-  
luntatis. Insanus Luther impos-  
nit necessitatem: Paulus negat,  
cui credemus,

**¶** V nusquisq; prout destinauit 2. Cor. 9  
in corde suo: non ex tristitia aut  
necessitate.

Omnis qui habet spem hanc 1. Ioan. 5  
in ipso (deo) sanctificat se, sicut  
ille sanctus est, ecce liberum arbi-  
trium & eius actiuitatē: & Au-  
gustinus ibi videte, quomodo  
non abstulit liberum arbitrium.  
Infrā, quia agis aliquid volunta-  
te, ideo tibi aliqd tributū est, vt Psal. 29  
dicas sicut psalmista. Adiutor  
meo esto, ne dereliquas me, si di-  
cis adiutor meus es, aliqd agis:  
nā si nihil agis, quō ille adiuuat?

**¶** Simile dicit sanctus Pet. Ani-  
mas vestras castificantes in obe-  
dientia charitatis, in fraternitas-  
tis amore, simplici ex corde ins-

1. Pet. 1

# ¶ DE LIBERO

uicem diligite. Si ergo debemus nos sanctificare, animas nostras castificare, id non fiet sine libero arbitrio, neq; sine actione liberi arbitrij.

i. Ioan. 3

¶ Et in conspectu eius suadebis mus corda nostra: quomodo autem suaderet sine libero arbitrio, aut quæ utilitas suasionis si omnia necessario eueniunt, ut

Ad phis, insanit Luther:  
lemonē,

¶ Sine consilio tuo nihil volui

facere, vti nè velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Luthero bruto, omnia de necessitate fiunt.

Mar. 14.

¶ Semper enim pauperes habetis vobiscum: & cum volueritis, potestis illis benefacere.

¶ Porro si libero caremus arbitrio, & omnia absoluta necessitate eueniunt, nihil relinquitur precebus, consilij, regiminiibus publicis, deliberationibus, nulla debentur præmia virtutib. nullexceptio

# A R B I T R I C . 0 9 4 .

læ poenæ vitijs, pereunt leges,  
iura, statuta, præcepta: cessant ad  
monitiones, persuasiones, illis  
ces, &c. nam hæc omnia liberta  
tem exigunt, necessitate autem  
cassant. Et in summa, hoc esset  
omnia flagitia, & scelera, im  
pietates ac blasphemias in de  
um referre. Nam quis imputa  
bit Iudæ prodictionem, quam in  
euitabili necessitate cōmisit, &c.

¶ Contra dicit dominus

¶ Arguet te malitia tua, & auer  
sio tua increpabit te. Hiere. 2.

¶ Perditio tua Israel, tantum  
do in me auxilium tuum. Ose. 13.

¶ Omnis scriptura diuinitus  
inspirata, utilis est ad docendū,  
ad arguendum, ad corripiendū,  
ad erudiēdum in iusticia, ut per  
fectus sit homo dei, ad omne  
opus bonum instructus. Si om  
nia necessario fiūt quid prodest  
docere, arguere, corripere, erudi

# ¶ DE LIBERO

re: Si liberum arbitrium nihil  
facit quid prodest hominem esse  
instructum ad opus bonum?

Vnde Luther ex hominibus  
vult facere truncos & stipites.

Prou. 13

Qui agunt omnia cum consilio,  
reguntur prudentia.

Hier.

Hieronym. affirmat sibi hoc  
studium fuisse, ut omnipotenti  
am dei simile liberum arbitriū  
astrueret, simile dicit Ambros.  
de vocatione gentium li. i. ca. 5.

Aug.

Augustinus in pluribus locis,  
maxime tamen libro 3. hipo-  
nisticōn, ubi inter alia inquit.  
Liberum arbitrium inesse ho-  
minibus certa fide credimus, &  
prædicamus indubitanter. Sic  
Origenes, Chrisosto. Basilius,  
Theophylact⁹ (cui ob id iniqui-  
or est Oecolampadius) omnes  
astruxerunt liberum arbitrium.

Gregorius Nissenus fatū ins-  
euītabile Stoicorum destruit,  
& liberum arbitrium actiuū

# A R B I T R I O S / 195.

evidenter commonstrat.

Cyprianus ad Cornelium lib. i. epistola. 3. Christus dixit ad apostolos: Nunquid & vos vultis abire? seruitis scilicet legem qua homo libertati suae rectus de in arbitrio proprio constitutus, fibi meti pli vel morte apparet vel salutem. Bernardus est totus in hac sententia, in peculiari libro de arbitrio & gratia.

## Obligunt haeretici.

1. Baptista dixit. Non potest homo acceperere quicquam nisi fuerit ei datum de celo.

2. Omne datum optimum & donum perfectum, de sursum est descendens a patre luminum.

3. Omnis sufficietia nostra ex deo est.

4. Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepieris?

# ¶ DE LIBERO

Rom. 9. 5. Miserebor cui misertus sum  
& misericordiam prestatō cui  
miserebor, igitur non volentis,  
neq; currentis, sed miserentis est  
dei. Ergo cuius vult miscretur,  
& quem vult indurat.

Esa. 63 6. Quare errare nos fecisti do  
mine de vijs tuis, indurasti cor  
nostrum, ne timeremus te.

Ibid. 45. 7. Nunquid dicet luctum figu  
lo suo, quid facis? & opus tuū  
absc; manibus est.

Hier. 10 Non est hominis via eius,  
nec viri ut ambulet & dirigat  
gressus suos.

Rom. 9. 8. Si reliquie secundum electi  
onē gratiae dei saluæ factæ sunt;  
& 11. si autem gratia, iam non ex ope  
ribus isti quoq; gratia, iam non  
est gratia.

Mat. 10. 9. Cum autem tradent vos,  
nolite cogitare, quomodo aut  
quid loquamini, dabitur enim  
vobis in illa hora qd laquam.

Mat. 10. 10. Nonne dñe passcre alle

## ARBITRIO. 196.

væneunt, & vñus ex illis non  
cadet super terram sine patre  
vestro.

ii. Nemo venit ad me, nisi  
pater q̄ misit me, traxerit eum. Ioan. 6

12. Ecclesia orat. Deus cuius  
est totum quod est optimum.

13. Augustinus ad Felicianū,  
dum deus remunerat merita no-  
stra, coronat dona sua.

14. Bernardus, Liberum ar-  
bitrium est tātum capax salutis.

15. Porrò extollere hoc mos-  
do liberum arbitrium, quasi alis  
quid possimus ex viribus nos-  
stris, est hæresis Pelagiana: nam  
liberum arbitrium ante gratiā  
nihil potest nisi peccare, ideo  
scholaſtici ponentes meritum  
congrui, sunt noui Pelagiani.

## Respondent Catholici.

Fatemur ante omnia deum  
esse primam causam omnium  
rerum, & nihil sine ipso fieri pos-

# DE LIBERO

se, vnde ad omnē effectū natu-  
ralē influit generaliter, sed ad  
operatiōes bonas rationalis cre-  
aturæ concurrit etiam speciali  
influxu. Deus igitur est prima  
causa mouens & naturales cau-  
sas & voluntariās. Et sicut cau-  
sas naturalib⁹, motuendo eas  
non auferit, quoniam actus eārum  
sint naturales: ita mouendo cau-  
sas voluntariās nō auferit quia  
actiones eaſuunt sint voluntari⁹,  
sed potius hoc in eis facit, opera-  
tur enim in unoquoq; secundū  
dum eius proprietatem, cuncta  
disponens suauiter. Dein sat-  
mur liberum arbitrium ex se so-  
lo non posse in bonum, & nihil  
esse, sed gratia dei facit ut alis  
quid possit, ideo nullus homo  
ex se cogitat aliquid boni, sed  
ex gratia dei speciali. Tertio dis-  
cunt hoc nō solū intelligi de gra-  
tia, q̄ est charitas & gratiū facit  
deo, sed ctiā de motiōe gratuita

## ARBITRIO. 91.

prævia, quæ deus inspirat, pulsat,  
& vocat hominē ad bonū. Ideo  
diligēter est attendendū, quid so-  
lius dei, quid dei et liberi arbitrii  
simul. Quod significantissime  
August. aut quis alius eruditus  
author in lib. de ecclesiasticis do-  
gmatibus expressit, dicens: Inis-  
tium salutis nostræ deo misera-  
té habemus ( Ecce primus grā-  
dus solius dei ) vt acquiescamus  
salutari inspirationi, nostræ po-  
testatis est ( en secundū gradū, q-  
est liberi arbitrii & ibi meritum  
congrui ) vt adipiscamur quod  
acquiescendo inspirationi cupi-  
mus, diuini munera est ( ecce  
gradum tertium gratiæ grā-  
tum facientis ) vt non labamur  
in adepto salutis munere, nos-  
træ potestatis est, & diuini pa-  
ritér adiutorij. Quartus iste gra-  
dus perseveratiæ pendet ex gra-  
tia dei, & libero arbitrio simul.  
¶ Faremur honū non nisi deo De pri-

# ¶ DE LIBERO

datore accipi, sed aliqua dat agē  
te libero arbitrio, aliqua sine illi  
us actione.

**D**e secū. ¶ Ita fatemur merita nostra esse  
dona dei & data à deo, præueni  
ente, cooperante, & subsequen  
te, sed non negatur per hoc libe  
rum arbitriū concurrere actis  
ue ad merita.

**D**e 3. 4. 5. ¶ De Tert. Quarto, & Quinto  
similiter dicat, nā deus ex mis  
ericordia præuenit liberum arbi  
trium mouendo, & misericordi  
ter cooperatur adiuuando, vo  
luntates nostras aspirando, præ  
ueni orat ecclesia.

**D**e sext. ¶ Populus peccans non facit  
deum autorem peccati & erro  
ris. Ita intelligatur, fecisti. i. pmi  
fisti, sic indurasti. i. indurari per  
misisti. Iuxta communē theori  
cam, sed per hoc non euacuatur  
actiuitas liberi arbitrij, sed mas  
gis comprobatur.

**D**e sept. ¶ Fatemur nullum hominem  
debet

## A R B I T R I O . ¶ 198.

debere rebellare , aut superbire contra opificem , sicut nec instrumentum contra artificem , omnis enim creatura est instrumentum diuinæ potentiae , sed per hoc non aufertur liberum arbitrium .

¶ Non est in homine via cius , quantum ad executiones electiōnum , in quibus impediri possunt multipliciter , velit nolit : Elec̄tiones autem ipsæ sunt in nobis , supposito tamen diuino auxilio . Et ideo non dicitur esse liber suarum actionum , sed liber suæ actionis , quæ est iudicium de agendis , & hoc ipsum nomine liberi arbitrij demonstrat . Sosnat enim liberum de agendo vel non agendo iudicium .

¶ Saluantur boni ex gratia , nō De octā operibus , intelligas exclusa gratia , quia opera nihil sunt sine gratia . Non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad sua Rom . 8

## ¶ DE LIBERO

turam gloriam quæ reuelabitur  
in nobis, ait Paulus.

**D e non.** ¶ Aufert anxiam solicitudinē  
præcogitandi. Et secus est de  
scientia apostolorum, quia illa  
erat infusa, & liberum arbitriū  
habebat se passiue, secus de ope  
ribus liberi arbitrij, quæ simul  
cum gratia operatur.

**D e deci.** ¶ Gæcutit McLāchthon, q̄ hoc  
dictum lacerat contra liberum  
arbitrium, cum omniis homo  
videat Christum velle, omnia  
esse subiecta prouidentiæ dei.

**D e . 11** ¶ Asserimus tractū patris per  
gratiā præuenientem & coos  
perantem, sed acquiescere tracti  
oni, & non indurare corda nos  
stra, si vocem eius audierimus,  
hoc est liberi arbitrij.

**D e . 12** ¶ Admittimus totum esse à  
deo, non solum in optimis, sed  
etiam in omnibus creaturis, sed  
sicut per hoc causæ naturales  
non excluduntur, ita nec in mo-

# A R B I T R I O . 199.

ralibus liberū arbitriū. Alias ro  
tunde dixi, meritum est totum  
à deo, sed non totaliter, hoc clas-  
se intelligit bonus physicus.

¶ Merita nostra sunt dona dei; De. 13  
imo omnia bona, quæ accepis-  
mus temporalia sunt dona dei,  
sicut Job ait, sed per hoc non ex-  
cluditur actiuitas liberi arbitrij,  
sicut nec gignitio bouis, aut eti-  
am fructificatio agri, &c.

¶ Liberum arbitrium est tan- De. 14  
tum capax salutis i.e. gratiæ, ibi  
enim habet se pure passiuæ, id  
quod dictum est de gratia, hæ-  
reticus Carolostadius torquet  
ad opera meritoria.

¶ Non sunt Pelagiani ecclesias De. 15  
stici patres, neq; scholastici, non  
enim negant peccatum origina-  
le, non dicunt hominem ex pu-  
ris naturalibus saluari, sed con-  
stanter affirmant gratiæ necessa-  
riam: Imo oportet gratiam præ-  
uenire operatione liberi arbitrij.

## DE LIBERO

Et recte afferit meritum cōgrui  
Act. 10 sicut de Cornelio centurione lis-  
quet, cuius eleemosynas deus re-  
spexit & gratiam contulit spiri-  
tus sancti: Non ergo sumus no-  
ui Pelagiani, sed hereticus est an-  
tiquus stupidus stoicus, & Mac-  
nichæi posthumus, Lutherus  
cum Carolostadio, Urbano &  
Billicano.

¶ Appendix Tilmanni.  
¶ Scito ex præsentia dei non  
posse concludi, omnia ex neceſſi-  
tate euenire, ( id quod putant  
nonnulli indocti ) & ita actus  
nostros esse necessarios, neceſſi-  
tate absoluta, quæ dicitur neceſſi-  
tas consequentis, sed bene ne-  
cessitate conditionata, quæ di-  
citur neceſſitas consequentiæ,  
cum qua stat libertas arbitrij in  
humanis, sicut etiam rerum con-  
tingentia in contingentibus.

¶ Vide quæ Eckius scripsit in  
Carolostadium, & in opere pes-

# A R B I T R I O ¶ 200.

ciliari de libero arbitrio. Vide  
Cocleum, Alphontium à villa  
sancta.

## A D E   O R A T I O N E & horis canonicis. XXXII.

¶ Quia Lutherus docuit, omnia fieri absoluta necessitate, abstulit liberum arbitrium, plures eius sequaces contra expressas scripturas negant orandum esse, quia Christus pro nobis sufficiens enter orauerit.

D I scipuli dixerunt ad Christum, domine doce nos orare, & ait illis, cum ora Luce. 11. tis dicite. Pater noster. &c. Mat. 6

¶ Et dimissa turba Iesus ascensit in montem solus orare. Ipse Mat. 14.

# ¶ DE ORATIONE ET

- Mar. 6 autem secedebat in desertum & orabat.
- Luc. 5. 6 ¶ Factum est autem illis diebus exiit, in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei.
- Luc. 9 ¶ Et ascendit in montem ut oraret, & factum est dum oraret, species vultus eius altera.
- Luc. 22 ¶ Positis genubus orabat discens, pater si vis transfer calicem istum a me. Et factus in agonia prolixius orabati
- Mar. 14. ¶ Orate autem ut non fiat sus
- Mat. 24. ga vestra hyeme vel sabbato.
- ¶ Videte vigilate & orare, ne
- Mar. 13. scitis enim quando tempus sit.
- ¶ Orate pro pseuictibus & ca
- Mat. 5 lumniantibus vos.
- Luc. 18. ¶ Oportet semper orare, & non deficere.
- Ibidem. ¶ Deus non faciet vindictam electorum clamantium ad se die ac nocte.
- Mat. 26. ¶ Orate ne intratis in temptationem.
- Actu. 4. ¶ Et cum orassent, motus est los

# THEORIS CANONIC<sup>z</sup> ZOI.

cus in quo erant congregari.

¶ Et orantes dixerūt. Domine Actu. 1.  
qui nosti corda hominum &c.

¶ Hi omnes erant perseveran- Ibidem.  
tes vnanimiter in oratione, cū  
mulieribus & Maria matre Ies-  
su & fratribus eius.

¶ Tunc ieunantes & orantes, Actu. 15  
imponentesq; eis manus dimis-  
serunt illos.

¶ Et cum constituerent illis per  
singulas ecclesias presbyteros,  
& orassent cum ieunctionibus;  
commendauerunt eos domi- 1.16. Col.  
no. Quod ergo apostoli auide  
petierunt scire, Christus docuit  
& imperauit, ac facto impleuit;  
Discipuli quoq; & Christiani  
primitiæ ecclesiæ sedulo feces-  
runt, nullo pacto est à Christians  
no intermittentum.

¶ Hoc autem genus (dæmoniæ Mat. 17.  
orum) non cœgitur, nisi per ora- Mar. 9.  
tionem & ieūnium.

¶ Quæcunque petieritis in ora Mat. 21.

**DE ORATIONE ET  
tione credentes, accipietis.**

**Act. 10** ✓ **Orationes tuæ & elemosynæ  
tuæ ascenderunt in memori-  
am in conspectu dei.**

**Actu. 12** ✓ **Et Petrus quidem seruabatur  
in carcere, oratio autem fiebat  
sine intermissione ab ecclesia ad  
deum pro eo.**

**Rom. 15** ✓ **Obsecro ergo vos fratres  
per dominum nostrum Iesum  
Christum, & per charitatem sans-  
cti spiritus, ut adiuuetis in ora-  
tionibus vestris pro me ad deum.**

**2. Cor. 1** ✓ **Quoniam & adhuc eripie-  
(de periculis) adiuuantibus vo-  
bis in oratione pro nobis.**

**Philip. 4** ✓ **Nihil solliciti sitis, sed in omni  
oratione & obsecratione cū  
gratiarum actione, petitione  
vestre innotescant apud deum.**

**1. Thes. 1** ✓ **Gratias agimus deo semper  
pro omnibus vobis, meioris  
am vestri facientes in orationis  
bus nostris sine intermissione.**

**Col. 4** ✓ **Orationi instate vigilantes**

## HORIS CANONIC, 202.

in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Hinc inuocatur Maria in principio sermonis.

¶ Nos vero orationi & ministerio Christi instantes erimus. Nota orationem præponit prædicationi.

¶ Dixit Esaias ad Ezechiam, præcipe domuit uæ, morieris et non uiues, qui orauit dicens. Obsecro domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim, infra. Hæc discit dominus deus Dauid patris tui, audiui orationem tuam &c.

¶ Non impediaris orare semp. Eccl. 18. ¶ Iosaphat ait. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.

## DE ORATIONE ET

2.cor.13. ¶ Oramus deum, ut nihil malum faciatis.

2.Thes.3 ¶ Orate pro nobis ut sermo dei currat, & clarificetur.

1.Tim.2 ¶ Obsecro primum omnium fieri obsecrations, postulaciones, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Hic mos à s.Paus lo vscq; in hunc diem seruatur in ecclesia, ut in fine sermonis oretur pro statibus ecclesiasticis & secularibus, pro pace, pro viuis & mortuis &c.

1.Tim.2 ¶ Volo viros orare in oī loco, leuates puras manus sine ira & discepratiōe. Ex veteri ergo & nouo testamento liquet, quam utile & necessariū sit orare, pro omni bono contra omne malum. ¶ Paucos hos locos ex mille deligimus, vide Psalmos.

# THORIS CANONICAS.

¶ Qui repugnant orationi Vui  
clephit & Lutherani, assimilan  
tur gygantibus contra deum  
pugnantibus. Non exoraues Eccle. 16  
runt pro peccatis suis antiqui  
Gygates, qui destructi sunt con  
fidētes virtuti suæ.

¶ Horas canonicas ab ecclesiis  
sticis obseruandas ostenditur.

¶ Septies in die laudem dixi tia Psal. 118.  
bi, super iudicia iusticiæ tuæ.

¶ Daniel ingressus est in domū Danie. 6  
suam, & fenestris apertis in coes  
taculo suo contra Hierusalem,  
tribus temporibus in die flecte  
bat genua sua & adorabat. Ecce  
stata orandi tempora.

¶ Petrus & Ioannes ascenderet Actu. 5.  
bant in templum ad horam ora  
tionis nonam.

¶ Ascendit Petrus in superiora Act. 10.  
ut oraret circa horam sextam.  
Ecce apostoli obseruarunt solis  
tas orationis horas, apud Iudea  
os, & hos secuta ecclesia.

# IDE ORATIONE ET

**A**ctu.15. **M**oyses à temporibus antis  
quis habet in singulis ciuitatis  
bus, qui cum prædicent in syna-  
gogis, ubi per omne sabbatum  
legitur, inquit s. Iacobus, & hos  
die faciunt Iudæi: Ignominios  
sum foret ecclesiæ tacere canens  
te synagoga. Tria capitula legū  
tur à Iudæis omni die. Exodi.13  
in tribus partibus, & Deuter.9.

**R. moy.** Rabbi Moyses. Erubescat Chri-  
stianus qui non laudat deum.

**Eccle.3.** **O**mnia tempus habent, &  
**i. cor.14** suis spacij transiunt vniuersa  
sub sole, Et cum omnia in nos-  
bis honeste & secundum ordinem  
fieri debere præcipit apostolus,  
cur laudes diuinæ non  
haberent suum tempus?

**Iosu.6** **I**n huius figura Hiericho cor-  
ruit, quando sacerdotes septem  
buccinis circumierunt clangen-  
do septies. Sic buccinis horarii  
Canonicarum, corrunt machi-  
næ diaboli.

## THEORIS CANONICIS 104

**N**ota, cantica ecclesiæ desum Cōtinu  
pta esse ex Byblia, non tamen us ritus  
secundum translationem Hies orandi  
ronymi, qua iam vtimur, sed se 1.par. 23  
ptuaginta, vt liquet in introitu.

Lectare Hierusalem, quod cons  
fer cum ca. 66. Esaiæ. Ibi lectami  
ni Hierusalem. Sequitur igitur  
ista cantica fuisse in missa, ante  
Hieronymum.

**C**yprianus testatur, de expo  
sitione orationis dominicæ hos  
ras canonicas, etiam in veteri te  
stamento obseruatas ex Danie  
le, sed nobis Christianis præter  
horas antiquitus obseruatas os  
randi nunc & spacia & sacra  
ta creuerunt. Sub lege erat hos  
ra tertia, sexta & nona, ecclesia  
addidit matutinas, primam ves  
peras, & completorium, vt sic  
iusticia nostra plus abundaret, Mat. 5.  
quam scribarum & phariseor  
um. Mysteria horarum vide  
ibidem.

## IDE ORATIONE ET

Institutæ sunt enim horæ ad laudandum dñm pro beneficj suis, inter quæ maxima sunt beneficiū creationis septem dies bus expletum. Genesis i. Et beneficium redēptionis septem quodammodo horis peractum Julianus Imperator apostata transtulit ritum psallendi & horas canonicas ad paganos, vt honestas ecclesiæ non esset admirationi gentibus, testis Cassius odorus in historia tripartita.

Cassio.

Hieron.

Hieronymus de virginitate seruāda ad Demetriadēm. Præter Psalmorum & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesp̄eram, media nocte & mane semper est exercendū, statue, quo horis sanctā scripturam ediscere debcas.

Hieron.

Idem in Epitaphio Paulæ de ordine monasterij inquit. Mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per

# HORIS CANONICAS.

ordinem Psalterium cantabat.

¶ Basilius de institutione vita  
religiosorum, capite se-  
cundo. Horae a sanctis viris  
precibus ad deum ac laudibus  
dicatae, sequendae sunt, ait enim  
magnus David. Media nocte psal.  
surgebam ad confitendum nos & 54.  
mini tuo, super iudicia iusticie  
tuae. Rursus ait: Vespere & ma-  
ne, & meridie.

¶ Chrysostom. homilia quin-  
quagesima nona. Matutinas  
orationes compleuerunt, infra.  
Tertiam, sextam, nonam, & ve-  
spertinas orationes celebrant:  
cum pluribus similibus.

¶ Agathense concilium, pres-  
byter mane matutinali officio  
explero, pensum seruitutis suae,  
videlicet primam, tertiam, sextam,  
nonam, vesperamque persoluar.

¶ Augustinus ad inquisitiones  
ianuarij. Sine dubitatione fa-  
ciendum est maxime id quod de-

Basil. di.  
91.c.ps

psal. 116

& 54.

di. 91.ca  
presby

**A**DE ORATIONE ET  
scripturis defendi potest, sicut  
de hymnis & psalmis canendis  
& ipsius domini & apostolorum  
habemus exempla. Hoc autem  
non sit nisi in horis Canonicis,

**A**DE MATVTINIS  
horis.

Psal. 118. **A** Media nocte surgebam ad co-  
fitendum tibi.

Ibidem. **A** Memor fui nocte nominis  
tui domine.

Psal. 133. **A** In noctibus extollite manus  
& 6.91. vestras in sancta, & benedicite  
domino.

**A** Lauabo per singulas noctes  
lectum meum.

**A** Bonum est confiteri domino  
& psallere nomen tuum altissime,  
ad annunciatandum manem miseri-  
cordiam tuam, & veritatem tuam  
per noctem.

Exo. 12. **A** Factum est in noctis medio,  
per

# CHORIS CANONIC. 206.

percussit dñs omne primogē  
nitum in terra Aegypti.

¶ Media nocte clamor factus Mat. 25.  
est, ecce sponsus venit. Ecce me  
dia nocte deus laudandus est,  
hæc enim sunt vigiliæ Christia  
norum & monachorū, ait Hieron.  
Ieronimus. Sic enim cladi Aegy  
ptiorum non miscemur, sed  
sponso venienti leti occurremus.

¶ Præueni in maturitate & clas Psal. 81.  
maui.

¶ Christus dum media nocte Mat. 26.  
orat in monte Oliueti, à Iuda Ioan. 18.  
proditur, à Iudæis capitur. Actu. 16

Media autem nocte Paulus  
& Silas adorantes laudabant  
deum: infrà: Subito terræmos  
tus factus est magnus. Si ergo  
Dauid, prophetæ, Christus, apo  
stoli, media nocte orauerunt ad  
dominum: cur Lutherani pigri  
& sternutantes hæretici, irridet Ironia.  
religiosos ad matitunas surgen  
tes, quia vanum sit ante luccam

**DE ORATIONE ET  
tione credentes, accipientis.**

**Act. 10** ¶ **Orationes tuæ & eleemosy-  
næ tuæ ascenderunt in memori-  
am in conspectu dei.**

**Actu. 12** ¶ **Et Petrus quidem seruabatur  
in carcere, oratio autem fiebat  
sine intermissione ab ecclesia ad  
deum pro eo.**

**Rom. 15** ¶ **Obsecro ergo vos fratres  
per dominum nostrum Iesum  
Christum, & per charitatem sans-  
cti spiritus, ut adiuuetis in oras  
tionibus vestris pro me ad deum.**

**2. Cor. 1** ¶ **Quoniam & adhuc eripies  
(de periculis) adiuvantibus vo-  
bis in oratione pro nobis.**

**Philip. 4** ¶ **Nihil solliciti sitis, sed in omni  
oratione & obsecratione cu[m]  
gratiarum actione, petitiones  
vestre innotescant apud deum.**

**1. Thes. 1** ¶ **Gratias agimus deo semper  
pro omnibus vobis, maioris  
am vestri facientes in orationis  
bus nostris sine intermissione.**

**Col. 4** ¶ **Orationi instate vigilantes**

## HORIS CANONICIS 202.

in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Hinc inuocatur Maria in principio sermonis.

¶ Nos vero orationi & ministerio Christi instantes erimus. Nota orationem præponit prædicationi.

¶ Dixit Esaias ad Ezechiam, præcipe domuit uxore morieris et non viues, qui orauit dicens. Obscro domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim, infra. Hæc disicit dominus deus Dauid patris tui, audiui orationem tuam &c.

¶ Non impediaris orare semper. Eccl. 18.  
¶ Iosaphat ait. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nosistros dirigamus ad te.

## IDE ORATIONE ET

**2.cor.13.** ¶ Oramus deum, vt nihil malum faciat.

**2.Thes.3** ¶ Orate pro nobis vt sermo dei currat, & clarificetur.

**1.Tim.2** ¶ Obsecro primum omnium fieri obsecrations, postulaciones, gratiarum actioes pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Hic mos à s.Pauso usq; in hunc diem seruatur in ecclesia, vt in fine sermonis oretur pro statibus ecclesiasticis & secularibus, pro pace, pro viuis & mortuis &c.

**1.Tim.2** ¶ Volo viros orare in oī loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Ex veteri ergo & nouo testamento liquet, quam utile & necessarium sit orare, pro omni bono contra omne malum. ¶ Paucos hos locos ex mille degimus, vide Psalmou.

# CHORIS CANONICIS 263.

¶ Qui repugnant orationi Vui  
tēphitē & Lutherani, assūmitan  
tur gygantibus contra deum  
pugnantibus. Non exorauez Eccle. 16  
runt pro peccatis suis antiqui  
Gygātes, qui destructi sunt con  
fidētes virtuti suæ.

¶ Horas canonicas ab ecclesiis  
sticis obseruandas ostenditur.

¶ Septies in die laudem dixi tia Psal. 118.  
bi, super iudicia iusticiæ tuæ.

¶ Daniel ingressus est in domū Danie.  
suam, & fenestris apertis in cœs  
naculo suo contra Hierusalem,  
tribus temporibus in die flectes  
bat genua sua & adorabat. Ecce  
stata orandi tempora.

¶ Petrus & Ioannes ascenderz Actu. 5.  
bant in templum ad horam ora  
tionis nonam.

¶ Ascendit Petrus in superiora Act. 10.  
ut oraret circa horam sextam.  
Ecce apostoli obseruarunt solis  
tas orationis horas, apud Iudæo  
s, & hos secuta ecclesia.

# DE ORATIONE ET

**Actu. 15.** *Moyses à temporibus antis quis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur, inquit s. Iacobus, & hos die faciunt Iudæi: Ignominios sum foret ecclesiæ tacere canens te synagoga. Tria capitula legū tur à Iudæis omni die. Exodi. 13 in tribus partibus, & Deuter. 9.*

**R. moy.** *Rabbi Moyses. Erubescat Christianus qui non laudat deum.*

**Eccle. 3.** *Omnia tempus habent, & suis spacijs transiunt vniuersa sub sole, Et cum omnia in nobis honeste & secundum ordinem fieri debere præcipit apostolus, cur laudes diuinæ non haberent suum tempus?*

**Iosu. 6.** *In huius figura Hiericho corruit, quando sacerdotes septem buccinis circumierunt clangendo septies. Sic buccinis horarii Canonicarum, corrunt machinae diaboli.*

## THEORIS CANONICAS. 104

¶ Nota, cantica ecclesiæ desum Cōtinu  
pta esse ex Byblia, non tamen us ritus  
secundum translationem Hies orandi  
ronymi, qua iam vtimur, sed se 1.par. 23  
ptuaginta, vt liquet in introitu.

Lectare Hierusalem, quod cons  
fer cum ca. 66. Esaiæ. Ibi lectami  
ni Hierusalem. Sequitur igitur  
ista cantica fuisse in missa, ante  
Hieronymum.

¶ Cyprianus testatur, de expo  
sitione orationis dominicæ hos  
ras canonicas, etiam in veteri te  
stamento obseruatas ex Danie  
le, sed nobis Christianis præter  
horas antiquitus obseruatas os  
randi nunc & spacia & sacramē  
ta creuerunt. Sub lege erat hos  
ra tertia, sexta & nona, ecclesia  
addidit matutinas, primam ves  
peras, & completorium, vt sic  
iusticia nostra plus abundaret, Mat. 5.  
quam scribarum & phariseos  
rum. Mysteria horarum vide  
ibidem.

## IDE ORATIONE ET

Institutæ sunt enim horæ ad laudandum déum pro beneficij suis, inter quæ maxima sunt beneficiū creationis septem dies bus expletum. Genesis i. Et beneficium redemptionis septem quodammodo horis peractum Julianus Imperator apostolari transtulit ritum psallendi & horas canonicas ad paganos, ut honestas ecclesiæ non esset admirationi gentibus, testis Cassius odorus in historia tripartita.

Cassio.

Hieron.

Hieronymus de virginitate seruanda ad Demetriadem. Praeser Psalmorum & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, set sexta, nona, ad vesperam, media nocte & mane semper est exercendū, statue, quo horis sanctā scripturam ediscere debcas.

Hieron.

Idem in Epitaphio Paulæ de ordine monasterij inquit. Mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, pa-

# HORIS CANONIC<sup>os.</sup>

ordinem Psalterium cantabat.

¶ Basilius de institutione vita religiosorum, capite secundo. Horae a sanctis viris precibus ad deum ac laudibus dicatae, sequendae sunt, ait enim magnus David. Media nocte Psal. 116 surgebam ad confitendum nos & 54. mini tuo, super iudicia iustitiae tuae. Rursus ait: Vespere & mane, & meridie.

¶ Chrysostom. homilia quinqueagesima nona. Matutinas orationes compleuerunt, infra. Tertiam, sextam, nonam, & vespertinas orationes celebrant: cum pluribus similibus.

¶ Agathense concilium, presbyter mane matutinali officio expletro, pensum seruitutis suae, videlicet primam, terciam, sextam, nonam, vesperamque persoluat.

¶ Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Sine dubitatione faciendum est maxime id quod de

Basil. di.  
91.c.psb

**¶ DE ORATIONE ET**  
scripturis defendi potest, sicut  
de hymnis & psalmis canendis  
& ipsius domini & apostolorum  
habemus exempla. Hoc autem  
non sit nisi in horis Canonicis,

**¶ DE MATVTINIS**  
horis.

Psal. 118. ¶ Media nocte surgebam ad cō  
fitendum tibi.

Ibidem. ¶ Memor fui nocte nominis  
tui domine.

Psal. 133. ¶ In noctibus extollite manus  
& 6.91. vestras in sancta, & benedicite  
domino.

¶ Lauabo per singulas noctes  
lectum meum.

¶ Bonum est confiteri domino  
& psallere nomen tuum altissime,  
ad annunciatum manemiseri  
cordiam tuam, & veritatem tuam  
per noctem.

Exo. 12. ¶ Factum est in noctis medio,  
per

# THEORIS CANONIC<sup>is</sup>.<sup>co.</sup>

percuſſit dñs omne primogē  
nitum in terra Aegypti.

¶ Media nocte clamor factus Mat. 25.  
est, ecce sponsus venit. Ecce me  
dia nocte deus laudandus est,  
hæ enim sunt vigiliæ Christiana  
norum & monachorum, ait Hieron.  
onymus. Sic enim cladi Aegy  
ptiorum non miscebimur, sed  
sponso venienti leti occurremus.

¶ Præueni in maturitate & clas Psal. 81.  
maui.

¶ Christus dum media nocte Mat. 26.  
orat in monte Oliueti, à Iuda Ioan. 18.  
proditur, à Iudæis capitur. Actu. 16

Media autem nocte Paulus  
& Silas adorantes laudabant  
deum: infrà: Subito terræmos  
tus factus est magnus. Si ergo  
Dauid, prophetæ, Christus, apo  
stoli, media nocte orauerunt ad  
dominum: cur Lutherani pigri  
& sternutantes hæretici, irridet Ironia.  
religiosos ad matitunas surgen  
tes, quia vanum sit ante lucem

## DE ORATIONE ET

surgere, quasi promiserit dominus

**Actu. 12** nus coronā p̄funde dormīcib.

**Petrus** media nocte liberatus

**Chrys.** de carcere Herodis.

**Chrysostomus** Constantino

poli contra Arrianā perfidiam,

auxit in nocturnis, hymnis, ora-

tiones; author Cassiodorus his-

bro 10. historiæ tripartitæ. ca. 5.

**Num. 5** **Tribus** leui iussa fuit specialis-

ter seruare custodias noctis filio-

rum Israel, ante tabernaculum

testimonij. Specialiter ergo iam

religiosi vigilent in matutinis,

pro salute Christianæ plēbis.

**Abeat ergo Vigilius & Le-**

**thargici heretici cū Lutheranis,**

**vigilias, & matutinas contem-**

**nentes.**

## DE NOCTURNIS & laudibus.

**Institutio** solēnis officiandū

**sanct. Marco** dicitur incepisse

# CHORIS CANONICIS.

in Alexandria, quæ postmo<sup>dum</sup> ad alias defluxit ecclesiæ, testatur Philo Iudæus, renarrat Philo, Eusebius eos nouos composuit Eusebi. iste hymnos libro 2. capit. 17. &c de nocturnis officijs & psalmos iusta lectione. Testis etiam Cassius Odorus. Si ergo Marcus hoc ordinavit in Alexandria, profecto hoc a s. Petro habuit, sicut & suum Euangelium ideo Hieron vocat cum interpretem.

Duodecim psalmos ordinatos fuisse testatur Cassianus, & totidem lections ex novo & veteri testamento.

Concilium Laodicense nouuit Psalmos continuari, sed lectiones interseri.

Sanctus Hieron. Psalterium aperteissime diuisit, iussu Damasi, ut magna varietas orandi cessa ret. Tres nocturni & laudes in una vigilia cantuntur loco quatuor Vigiliaribz, et earo infirma

Hyero.  
Noctur  
ni.

## DE ORATIONE ET

sufficere non sufficeret, continua  
**Laudes.** vigilandi obseruantiam. Laus  
dei deo persoluuntur, quod cum  
omnis creatura in laudem dei  
solvatur, culpabilis esset homo  
rationis capax, qui id facere ne  
gligeret. Prophetiae assumptae  
sunt supra Psalmorum usum,  
quod omnes prophetiae Christi  
scopum habuerunt, & Christi  
stus in synogoga aperuit & les-  
git Esaiam. Euagelia quoque cer-  
ta, certis diebus & festis fuerunt  
a tempore apostolorum accom-  
modata, & annua obseruantia  
custodita. Augustinus in prolo-  
go super canonica Ioan. Interpo-  
lata est solemnitas sanctorum di-  
erum, quibus certas ex Euange-  
lio lectiones oportet in ecclesia  
recitare, quae ita sunt annuae, ut  
aliae esse non possint, ordo ille  
quem suscepimus, necessitate  
paululum intermissus est.

**Augus.**

Augustinus cancellarium pos-

## SH ORIS CANONIC. 208.

mit certa in festis legi euangeliis:  
Hæretici omnia confundunt euā  
gelia, omni die pro libito sumēs  
tes.

¶ Libros Ionæ & Iob certo  
pore legi astruit Ambrosius li-  
bro quinto Epistolarum, episto-  
la. 33. ad. C. 1. v. 10. 11. 12. 13.

¶ Concilium Aphricanum ea. Ambr.  
13. decrevit, liceat legi passiones  
martyrum, cum anniversarij di-  
es eorum celebrantur.

## IDE HYMNIS ET antiphonis & psallens diūsu.

¶ Et hymno dicto exierunt in Mat. 26  
montem Oliueti.

¶ Verbum Christi habitet in Collo. 5  
vobis abundanter, in omni sa-  
pientia docentes & commonen-  
tes vosmetipos in psalmis, Psal. 99.  
hymnis, & canticis spiritualibus,

**SCDE ORATIONE ET  
& gratia, cantantes in cordibus  
vestris domino.**

**Psal. 99.**

**¶ Introite portas eius in confessione, atria eius, in hymnis  
confitemini illi.**

**Psal. 64.** ¶ **Te decet hymnus deus in Si**

**Psal. 118.** **on. Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.**

**2. Ima. 10.** **¶ Quibus gestis, in hymnis &**

**confessionibus, benedicebant dominum, qui magna fecit in**

**I. cor. 14.** **Israel. Orabo spiritu, orabo &**

**mente: psallam spiritu, psallam & mente. Psallite dñō qui habis**

**Psal. 9.** **tat in Sio, psallā nomini tuo als**

**tissime, in psalmis per totum.**

**Psal. 46.** **¶ Psallite deo nostro psallite.**

**Ephe. 5.** **¶ Impleamini spiritu sancto,**

**loquentes vobis meti plis in**

**Psalmis, & hymnis & cantis**

**cis spiritualibus, cantantes &**

**psallentes in cordibus vestris, & cæterā. Psalmus obsecras**

**sionem, Antiphona postulatio**

# CHORIS CANONICIS 209.

nem, Collecta oratione, Hymnus gratiarum actionem sonat: horum enim quatuor meminit Paulus.

Alexandriæ ortus psallendi alternus modus ut supra, à Chrysostomo restitutus, per omnem ecclesiam receptus. Supra

Concilium Toletanum dicitur De concordia hymnis canendis, & Iesu dominus i. causa saluatoris, & apostolorum haec de hymnis exemplum.

Idem concilium Isidoro praefide: Ne aliquibus nostris diuersis apud carnales velignaros schismatis errore videatur ostendere, & multe extet in scandalum varietas ecclesiarum: Vt nus igitur ordo orandi atque psallendi a nobis per omnem Hispaniam atque Galiciam conseruetur.

Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Si quid per loca ecclesiarum regionumque variatur, faciat quis, quod in ecclesia

**L**IDE ORATIONE ET  
in quam venerit, inuenierit, non  
enim quicquam eorum contra  
fidem est, nec contra mores fit.  
Vide cum est pulcher.

**V**arietas ecclesiarum in diui-  
nis officijs, non impedit, sed or-  
**Psal. 44.** nat, quia astigit regina à dextris  
**Isa. 6** tuis, circundata varietate, mos  
do non sit tanta varietas, ut vi-  
deatur inducere errorem schis-  
matis.

**I**sidorus **A**ntiphonas Græci  
alternis choris cecinerunt, velut  
duobus seraphin ac testamentis  
inuicem sibi clamantibus. San-  
**A**mbr. etus Ambrosius Græcos imita-  
tus, apud Latinos Antiphonas  
instituit: testis triptica historia.  
**I**gnatius primus per visionē  
doctus angelorum antiphonas  
Antiochiae instituit.

**A**po. 4 **E**t quatuor animalia requie-  
non habebant die ac nocte, dis-  
centia. Sanctus, Sanctus, San-  
ctus, dominus deus omnipotens.  
Ad ans

Ad angelorum imitationem ec  
clesia se exhortatur ad cantum,  
in præfationedicens. Cœli cœs  
lorumq; virtutes, ac beata Sera  
phin socia exultatione concele  
brant, cum quibus & nostras  
voces ut admitti iubcas depres  
mur, supplici confessione dicen  
tes. Sanctus sanctus.

Luther egregie hic desipit,  
Cum enim passim reñciat cons  
titutiones humanas, hic ne vis  
deatur totus pigritare, horas ca  
nonicas non reñcit omnino, sed  
pro suis apostatis & periuris,  
permittit, vt tres duntaxat psal  
mos pro matutino sumant offi  
cio, tres pro vespertino.

Paulus Corinthios, Ephesi  
os, & Colossenses docuit can  
tū vocalē, in hymnis & psalmis.

Obijciunt hæretici.

i. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit

o

# DE ORATIONE ET

in regnum cœlorum.

2. Si orationes valerent, tunc deum necessitarent.

3. Si orationes essent utiles, tunc alia bona opera essent superflua.

Mat. 6

4. Scit pater vester quid opus sit vobis ante quam petatis eū, frustra ergo orant.

Malac. 3

5. Ego deus & non mutor, ergo oratione non flectitur.

Mat. 6

6. Orantes nolite multum loqui, sicut æthnici faciunt, pulsant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Ideo oratio non sit prolixia.

7. Sacerdotes possent aliquid utilius facere, quam murmura re tot psalmos, & quid melius & deo placentius. Ita argumentantur aliquando tepidi auditores Theologiæ.

8. In Biblia horæ canonicae non præcipiuntur clero.

9. Nihil est in ecclesia legens

# THORIS CANONICIS.

dum, nisi verbū dei. In orationibus autem multa alia continētur, etiam fabulosa de sanctis.

¶ Respondent Catholici.

¶ Christus hic non prohibet De priō orationem, sed hypocritam qui verbis orat deum, non factis, excludit à regno cœlorum, quales sunt hæretici factis deum impugnantes.

¶ Deus omnium rerum supre De secessimus arbiter, à nemine necessitatur, attamen p̄ijs orationibus fidelium pulsatus, gerit se per modum necessitati, velut ait Moys̄ si roganti, Dimitte me, vt iras Exo. 32. scatur furor meo, quasi prohibitus petit se diuiniti.

¶ Oportet illud facere (orare) De tert. & alia non negligere, adeo ieiunium non est superfluum nec eleemosyna, vt subleuetur his oratio in cœlum, velut pennis, Hieronym.

## DE ORATIONE ET

De qua **¶** **F**atemur deum præscire, nec  
to.. narramus vt ignorantia, sed ro-  
gamus vt potestem, subuenire.  
Oratione itaque id petimus,  
quod deus disposuit nos mes-  
dio orationis esse cōsecuturos.  
**V**ult enim rogari deus, ne viles  
scat datum.

De quīt. **¶** **D**eus oratione non mutatur  
23. q. 4 c. per essentiam, sed effectus muta-  
**O**btieri. tur. Vnde oratio nostra non or-  
dinatur ad immutationem diui-  
næ dispositionis, sed vt obtinca-  
tur nostris precibus, quod deus  
disposuit ante secula donare, vt  
dicit Greg. in lib. dialogorum.

De sext. **¶** **N**on prohibetur multiloqui-  
um orationis simpliciter, sed si-  
cut æthnici faciunt. Augusti-  
nus ad Probam inquit. Multilo-  
quium prohibetur, non proli-  
xitas seu duratio. Nam multū  
loqui, est rem superfluis agere  
verbis. Vnde patrum in Aegy-  
pto breues, sed crebræ erant ora-

tiones. Prolixe orauit Christus, Luc. 22 prolixe orauit Anna, & multis i. Reg. 1 plicauit preces, & Christus per Luc. 2. 6 noctabat in oratione. Et Rabanus in Mathæum. Sicut hypo critarum est præbere se spectan dos in oratione, quorum frus tus est placere hominibus: Ita æthnicorum. i. gætilium, in multiloquio suo se putare exaudiri. Et re vera omne multiloquium à gentibus venit, qui exercendę linguę potius q̄ mundando animo dant operam. Et hoc nugas torij studij, vel rogatorij genus, etiā ad prece deū flectandū trāf ferre conātur, arbitrantes sicut hominē iudicē, ita verbis deū ab duci in sententiā, Nolite itaq; similes esse illis, dicit vnus & versus magister. Hæc ille.

**N**isi sunt similes Naaman, q meliores iudicauit fluuios Da De sept. masci omnibus aquis Israel, ut 4. Re. 5. mandetur in eis, sed Propheta

## ¶ DE ORATIONE ET

iubet, ut in Iordane lauetur, si  
velit sanari, ita si melior sit les-  
tio vtriusq; testamenti, sit ita,  
tamen in aqua lauandum est,  
vbi magistri ecclesiæ iubent, in  
septem horis canoniceis. Sic cæcus  
iussus adire natatoria, non dixit  
melius est vt oré, nostrū est obe-  
dire præceptis, non pro arbitrio

Hier. 48 nostro potiora eligere. Maledic-  
alias qd; q facit opus dñi negligēter.  
fraudus. In Biblia non præcipiuntur  
lenter. Horæ canoniceæ, sed insinuan-  
De octa tur, & ecclesia à sacris magistris,  
id est apostolis, hoc accepit.

Heb. 13 Obedire autem oportet præpo-  
sitis. Contendis horas debere  
esse liberas, verum sunt liberae  
libertate Christiana qua seruien-  
dum est deo, non autem libertas  
te Machometica, qua quisq; fas-  
cit vel omittit secundum defys-  
deria praua cordis sui.

Qe non. ¶ Contrarium fuit ostensum,  
etiam legendas sanctorum in

officijs diuinis recitandas, simis  
ter homiliae patrum leguntur,  
& Collectæ orationum, in fa-  
cris literis expresse non conti-  
nentur. Agones vero inuictos  
rum martyrum non reñcimus  
mōre Lutherano, modo fidelis-  
ter sint conscripti, nam & in Bi-  
blicis scriptis aliqui continen-  
tur, ut Stephani, Iacobi, Pauli,  
&cæt. alij à magnis quandoq<sup>b</sup> Actu. 7.  
viris sunt perscripti.

Coronis.

Lutherani & alij hæretici, ex-  
plodentes ritum canendi, legen-  
di & orandi ecclesiasticum, atq<sup>b</sup>  
iuxta vœsanæ eorum capita, nos-  
uas confidentes formulas ean-  
tandi, missandi, ac orandi, faci-  
unt sicut Paulus Samosatenus Eusebi,  
hæreticus, qui psalmos Chri- li. 7 ec. h.  
sto dicatos cessare fecit, velut  
nuper inuentos. In semetips-  
sum autem compositos in die

## ¶DE PLVRALITATE

Paschæ in medio ecclesiæ canes,  
re mulieres, maxime quas prius  
instituerat, faciebat. Sic modo  
faciunt stulti hæreticum suis  
cantilenis, & porcinis ac canis  
nis nouis v lulatibus.

## ¶DE PLVRALITATE sacerdotum & Dedi mis. XXXIII.

¶Hæretici calumniantur mul-  
titudinem seruorum dei,  
sacerdotum & monas-  
chorum.

Exo. 13 **S**anctifica mihi omne pris-  
mogenitum quod aperit  
vuluam in filijs Israel, tam  
de hominibus quam iumentis,  
mea enim sunt omnia.

¶Primogenitum filiorum tuo  
Exo. 22. rum dabis mihi.

¶ Primogenita quæ ad decum Leui. 27  
pertinent, nemo sanctificare po  
terit & vouere.

¶ Ego tuli Leuitas à filijs Israel Num. 5.  
pro omni primogenito qui ape  
rit vuluam in filijs Israel, erunt  
que Leuitæ mei.

¶ Meum est omne primogeniſ Ibidem.  
tum, ex quo percussi primogeniſ  
nita in terra Aegypti, sanctifica  
ui mihi quicquid primum naſci  
tur in Israel.

¶ Tollis Leuitas mihi pro omni  
primogenito filiorum Israel. Ibidem.  
Ecce in lege naturæ omnes pri  
mogeniti gaudebant priuilegio  
sacerdotij, et in lege scripta, loco  
primogenitorum successictora  
tribus Leui. Nunc non sunt tot  
sacerdotes & monachi quo  
sunt primogeniti.

¶ Dixit Jacob ad Esau: Vende Gen. 25.  
mihi primogenita tua: infrà, Ius  
rauit ei Esau, & vendidit primo  
genita. In lege naturæ primoge

## DE PLVRALITATE

nitura erat magna, q̄a primoge  
nitus accepit benedictionē à pa  
tre ( & erat loco cōsecrationis )  
habebat potestatē benedicendi,  
vestē item specialē in qua offere  
bat, duplā portionē habebat in  
hæreditate & ferculis. Cesserūt  
ista omnia sacerdotio Aaronis  
primo, dein sacerdotio nostrō,  
dēpto eo quod sacerdotes nō ac  
cipiūt duplam portionē hæredi  
tatis, q̄a simila eis inuite reddit  
iā à laicis, vel omnino negatūr.

## Omnes Leuitæ numerati à

Num. 3. Moysē in genere masculino à  
mēse vno & supra fuerūt virgin  
ti duo milia. Et infrā. Recensuit  
Moyses primogenitos filiorū  
Israēl, & fuerūt masculi à mēse  
vno et supra viginti duo milia,  
ducēti, 73. infrā. Locutus est dō  
minus: Ego sum dominus. In  
precio ducentorum septuagins  
ta trium, qui excedunt numeros

## SACERDOTVM, 215.

rum Leuitarum, de primogenitis filiorum Israel, accipies quinque sicclos per singula capita, da bisque pecuniam Aaron & filiis eius, precium eorum qui supra sunt. Pondera primogenitos redemptos pœcunia, hinc nemo miretur si hodie in ecclesia similes redemptiones fiunt, puta ut lacte vescaris in iejunio contribuas ad hanc fabricam, est enim commutatio vnius boni in aliud: Cessat ergo rudium argumentum, si est permisum vel iustū cū pecunia, ergo etiā sine pecunia. Hodie talis pecunia datur cōmuniter pauperibus, vel ecclesijs, quomodo clamarent Laici, si daretur clero, sicut iussit hic deus per Moysen.

Numerati sunt Leuitæ à vi<sup>is</sup> i. par. 25 ginti annis & supra, & inuenta Ibi. c. 24 sunt triginta octo milia viros 25. 26. rum. Distribuuntur, ibidem in

## ¶ DE PL.VRA.SACER.

cantores, ianitores, pr̄epositos,  
iudices, & in plures sortes &  
classes. Cum autem tam parua  
fuerit Iudæa, vt longitudo fues-  
rit iter tridui. De latitudine, ins-  
quit Hieronymus in epistola ad  
Dardanum, pudet dicere. Eru-  
bescat Christianus indeuotus,  
qui contra multitudinem reli-  
giosorum conqueritur, cum  
multo maior numerus seruiens

2. Re. 24 tium deo fuerit in lege Moyſais

1. par. 21 ca. Nam cum populus Israel fu-  
erit, mille milia, & centum milia  
virorū educentiū gladium ( Ita  
enumeravit Ioab Israel ) sequit  
numerum deo seruicium, fuisse  
ferme. 25. cius partē. Vnde vos

lentes minui clerum sunt

Pharaones, qui popu-

lum Hebræum ser-

uientem deo, vo-

luit minuere.

& alijs obuentionibus.  
tricesimus ter-  
tius.

**D**ecimas & primitias nō tar Exo. 22.  
dabis offerre.

**P**rimitias frugum terræ tuæ Exo. 23.  
deferes in domū domini dei tui.

**H**oc erit iudicium sacerdotū Deut. 18  
a populo, & ab his qui offerunt  
victimas, dabunt sacerdoti ars-  
mum & ventriculum, primitias  
frumenti vini & olei, lanarum  
partem ex tonsione ouium.

**O**mnesq; primitiæ, quas offre Num. 5  
runt filij Israel ad sacerdotem  
pertinent, & quicquid in sanctu-  
arium offertur à singulis, & tra-  
ditur manibus sacerdotis, ipsius  
erit.

**M**oyses & Aaron in sacerdo Psal. 98.  
tibus eius, hi tamen fuerunt sus-  
primi duces populi ex Aegypto

**S**amuel sacerdos secundum Hieron.  
Bedam, aut ad minus Leuita, te

# ¶ DE DECIMIS ET

propter iste Hieronym.lib.i.contra Iou  
Augus. nianum,fuit enim de tribu Leui.

codē teste,in.i.Reg.15. is tamen  
1.Reg. 7 fuit supremus iudex Iudæorū.

¶ Tribus regalis Iuda & sacer  
dotalis connubia contrahes  
Lucæ.i. bant, hinc Elizabet mater s. Io  
annis, vxor Zachariæ sacerdo  
tis,cognata fuit Mariæ.

3.Reg.i. ¶ Sadoch sacerdos vnxit Salo  
1.Re.10 monem regē, Samuel Saulem  
1.Re.16 & Dauidem, non mirum quod  
hodie Imperator à papa, Reges  
ab archiepiscopis vnguntur:sic  
n. fieri debet , nō ab Episcopis.

¶ Ioiada pōtifex fecit regnare,  
4.Re.11. & vnxit Ioa regem, vxor Ioi  
2.par. 22 de suit Iosabeth soror regis Os  
choziæ.

2.par. 26 ¶ Azarias pōtifex restitit Ozias  
regi inuadenti officium sacerdo  
tale,qui lepra percussus fuit.

2.par. 51 ¶ Ezechias præcepit populo  
in Hierusalem, vt darent pars  
tes sacerdotibus & Leuitis , vt

## XALIIS OBLATIONIB<sup>S</sup> 217.

possent vacare legi domini.

¶ Iosue pontifex templum re<sup>s</sup> 1. Esd. 3. 5  
stituit post captiuitatem Babyl<sup>on</sup>  
lonicam.

¶ Esdras Leuita à rege Artaxerxe aurum & argentum obti<sup>s</sup> 1. Esd. 7  
nuit pro templo, & licentiam ab  
eundi Iudæis obtinuit.

¶ Cognoui (Neemias) q̄a par Neemias 13  
tes Leuitarum non fuissent eis  
datæ: & fugissent vnuſquisque  
in regionē suam, & egi causam  
aduersus magistratus & dixi,  
quare dercliquimus domū dei:  
& cōgregaui eos, & feci stare in  
stationibus suis, & omnis Iuda  
apportabat decimā frumēti, vi  
ni & olci in horrea. Hic popu<sup>lus</sup>  
lus propter famē ortā recusauit  
dare decimas Leuitis, ideo coge  
bāſ recedere de tēplo. Sic faciūt  
maliliaci, dicētes cur dabo sacer  
doti: ego egeo pro me et pueris.  
¶ Machabēi fortissimi fuerunt  
sacerdotes & duces bellorum. 1. Mac. 2

## ¶ DE DECIMIS ET

¶ Decimas deus sibi reseruauit debitas; in signum vniuersalis dominij. Genesis. 4. Exodi. 22: Leuitici. 27. Deutero. 12. & 26. Tobiæ primo.

Deut. 14 ¶ Decimam partem separabis de cunctis frugibus tuis &c. vt discas timere dominum deum tuum in omni tempore. Ergo impij sunt, non timētes deum, qui nondant decimas debitas.

Leui. 27 ¶ Omnes decimę terrae, siue de frugibus, siue de pomis arborum, domini sunt. Omnia iudicium de cimarum bouis, & ovis, & cas præ quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit sanctificabitur domino, nō eligetur nec bonum nec malum. Ecce minutas decimas, sed pro intelligentia vltimi.

Num. 18 ¶ Omnia quæ offeretis ex decimis & in donaria domini separabis, optima & electa erunt cuncta, & non peccabitis super hoc,

hoc, egregia vobis & pinguia  
vobis & pinguia reseruantes,  
ne forte polluatis oblationes filio  
rum Israel, & moriamini: En  
poena mortis manet eos qui stu  
diose deteriora dant.

Malac. 5

¶ Si affigit homo deum, quia  
vos configitis me, & dixistis,  
In quo configimus te: in decis  
mis & primitijs. En nondans  
decimas assimilatur crucifixori  
bus Christi, & deo iniuriam fa  
cit non solum sacerdoti. Hiero.

¶ Et in penuria vos malcedisti Ibidem.  
estis. Ecce poena eorum qui non  
dant decimas, vel infideliter,  
hinc venit omnium rerum ino  
pia, attēde tempora nostra, ubi  
omnia sunt cara.

¶ Augustinus. Cum decimas  
dando, cœlestia & terrena possis  
promereri, pro auaritia tua, dus  
plici benedictione fraudaris,  
hæc est domini iustissimi con  
suetudo, ut si tu illi decimam

p

# ¶ DE DECIMIS ET

non dederis, tu ad decimam re-  
uoceris, dabitis impio militi qđ  
non vis dare sacerdoti. i6. q. i.  
ca. decimæ.

Augus. ¶ Augustinus decimæ ex debi-  
to requiruntur, & quies dare  
noluerunt, res alienas inuadūt.

Luc. io. ¶ Dignus est operarius merce-  
de sua.

I.cor. 9 ¶ Quis militat vñquam pro-  
prijs stipendijs?

Deu. 25. ¶ Non alligabis os boui tritus-  
ranti.

IICor. 9 ¶ Si nōs vobis spiritualia semi-  
natuimus, magnum est si nos  
carnalia vestra metamus.

Ibidem. ¶ Et qui altario deseruit cum  
altario participant.

I.cor. 16 ¶ De Collectis autem quæ fis-  
sunt in sanctos, sicut ordinaui in  
ecclesijs Galatise, ira & vos fas-  
cite per vnam sabbati. Collecte  
iste fiebant in usum pauperum  
Hierosolymis & predicatorū:  
& hodie Christiani in Græcia

## ¶ CALIIS OBLATIONIB<sup>E</sup> 219

sub Turca untrūt patriarcham & clerum ex collectis, vnde à colligendo oratio in missa collecta dicitur, licet & aliæ sint rationes mysticæ.

¶ Posteaquam reges & príncipes submiserunt colla fidei, & inclinarunt ceruices signo crucis, donationes & dotationes beneficiorum in locum collectarum successerunt.

¶ Syluester papa. 12. q. 1. ca. Fū Melchiaturam, futuram ecclesiam in gētibus apostoli praeuidebant, idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti, sed precia tantummodo ad souendos egenos, mentionit postea donationis Constantini, de qua 96. distinctione Constantinus, & quomodo viri religiosi inceperunt possidere prædia, ascribitur Melchiadi canon, in vetustis est Syluestri.

¶ Quidam enim putabant, Ioan. 13 quia loculos habebat Iudas,

# VIDE DECIMIS ET

Augus. quod dixit ei Iesus, eme ea quæ  
nobis opus sunt ad diem festū,  
&c. August. ibidem. Habebat  
ergo & dominus loculos, & à  
fidelibus oblata conseruans, &  
suorum necessitatibus & alijs  
indigētibus tribuebat, tunc pri-  
mum ecclesiasticæ pecuniæ for-  
ma est instituta, vbi intelligeret  
mus quod præcepit non cogi-  
candum de crastino, non ad hoc  
fuisse præceptum, ut nihil pecu-  
niæ seruetur à sanctis, sed ne  
deo pro ista seruiatur.

Plato &  
alijs.

Augusti. de sermone domini  
in monte. Docuit Christus ex-  
emplo suo neminem scandaliza-  
ri, si eius servi necessaria sibi pro-  
current.

Sanctus Vrbanus primus  
mártir instituit ante Sylvestrū,  
ut ecclesia prædia ac fundos à fi-  
delibus oblatos reciperet.

Auxerunt hoc martyres ses-  
quentes, Pontianus, Antherus

# TALIIS OBLATIONIB. 220

Fabianus, Cornelius, &c. vscq; ad Syluestrum.

¶ Cassiodorus libro 6. tripartis tæ historiæ Constantinus Ims perator disponens res clericos rum, vnicuiq; ciuitati prospes xit, vt clerus sufficientia emolumenta perciperet, & hoc lege fir mauit.

Malac. 3

¶ Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, & probate me sus per hoc, dicit dominus.

¶ Si non aperuero vobis cataractas coeli, & effudero vobis benedictionem vscq; ad abundatiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ, nec erit sterilis vinea in agro. Stulti laici timent ne minus habeant si decimas et oblationes prestat.

¶ Augustinus. Antiqui patres Aug. ideo omnibus copijs abundabant, quia decimas dabant. Ers

p 5

¶ DE DECIMIS ET  
go timendum est eos non pro-  
sperari, qui religiosis etiam men-  
dicitatem inuident, & fratribus  
certum numerum præscribunt,  
ignorantes synagogæ largita-  
tem, quæ tot millia Leuitarum  
in singulos dies alebat.

Augus. ¶ Augustinus. Si decimam de-  
deris, non solum abundantiam  
fructuum recipies, sed etiam sa-  
nitatem corporis & animæ con-  
sequeris, non enim deus premi-  
um postulat, sed honorem.  
Hinc ditissimi fuerūt principes  
& nobiles Germaniæ, quando  
